concurrerent: ⁊ per quadruplum spacium ad idez anteq̃ concurrerent ⁊ per q̃tūlibet maius spacium. ergo trahere tur per spaciuz infinituz anteq̃ concurrerent. cōsequentia nota est de se. antecedens probatur ex eo q̄ inter. c. ex vna parte. ⁊. a. ⁊. b. puncta ex alia intercipitur spaciuz infinitū. ¶ Quarto. si esset aliqua magnitudo circularis infinita seq̄ retur q̄ eiusdē circuli essent plura centra. qđ est contra ter/ tiū geometrie. pbatur ꝓsequentia. quia in tali circulo plura possunt assignari puncta a qbus ducte linee ad circūferētiā non essent inequales. omnes enīz essent infinite. sed vnum infinitū nō est inequale alteri. modo ille puncta est centrū circuli a quo omnes linee ad circūferētiam ducte non eēnt inequales. ⁊ talis circulus infinitus si esset sic se haberet q̄ vbiq̄ esset eius centrū. ⁊ circūferētia eius nusq̃. vnde nō magis centrū eius assignaretur parisius q̃ i roma sicut pri us dicebaꝫ. ¶ Quinto ad idem. nā fit aliquis circulus infi/ nitus per aduersariū. ⁊ fingentur sicut prius duo puncta in eius circunferentia scilicet. a. ⁊. b. ⁊ trahatur linea recta ab a. ad. b. per modum corde. tunc quaeritur vtrū corda distat ab arcu vel non. si dicatur q̄ non. hoc est falsum. quia tunc corda ⁊ arcus essent vna linea. si aut dicatur q̄ distēt ⁊ non distantia indiuisibili cum nulla talis sit. ergo distantia diuisi/ bili. ⁊ cum possit dari circulus finitus in quo inter tantum arcum ⁊ tantam cordam cadit equalis distātia sequitur cir culum infinitum esse equalem circulo finito. qđ est falsuz. ¶ Sexto ad idem. si possibile esset aliquem circulum esse infinitum. sequitur q̄ eius diameter esset finita. hoc est fal/ sum. consequentia nota est de se. falsitas consequentis pro batur. nam sit illa diameter inter. a. ⁊. b. puncta sibi inuicez opposita in circunferentia illius circuli. ⁊ incipiat sor. moue ri ab. a. puncto versus. b. sic q̄ in prima parte proportiona li alicuis hore pertranseat pedale. ⁊ in secunda tantuz. ⁊ sic vltra. ⁊ ꝓ incipiat moueri a. b. vsus a. sup eadē diametro equali velocitate sicut sor. mouetur. tunc clarum est q̄ sor. ⁊ plato. sibi obuiabunt super illam diametruz. ⁊ nō i instā ti terminante exclusiue illam horam. nam tunc qlibet eoruz esset super vnum terminū illius diametri ad quē mouebā tur puta sor. super. b. ⁊ plato sup. a. ergo obuiabunt sibi in aliquo instanti intrinseco illius hore. sed in quolibet istanti in trinseco illius hore. a. qlibet eoruz ptransitus est solum fi/ nituz. ⁊ cum duo finita non cōstituant infinituz: sequitur q̄ illa duo spacia ab eis pertransita nō constituunt diametruz infinitam ⁊ cum illa duo spacia sint due semidiametri illius circuli infiniti sequitur totalez diametrum illius circuli esse infinitā. qđ erat probāduz. ¶ Per istam rationem vniuer saliter potest pbari q̄ nō est pone aliquaz magnitudinē re/ ctam esse infinitaz clausam inter duos terminos. ¶ Secun da ꝓclusio nō est possibile esse aliquaz magnitudinem qua dratā infinitam: probaꝫ p primaz rationē ⁊ vltimā prioris ꝓcl'onis. ¶ Tertia ꝓcl'o. si ē pone ee aliqđ corp⁹ infinitū. pba tur p primā rōnē pme ꝓclonis. ¶ Quarta ꝓcl'o nō ē pone q̄ silq̄ magnitudo sit infinita siue naturaliter siue supernatura liter. pbaꝫ. naz si sic hoc maxime videret ee per potentiaz diuinam isto modo sicut aliqui credunt demonstrare possi bilitatez infiniti q̄ deus in qualibet parte portionali alicui⁹ hore creet aliquem lapidez pedalem. ⁊ q̄ in fine hore illi si mul ꝓncti constituāt infinitū. ¶ Sed probatur q̄ hoc est impossibile pro quo suppono q̄ non est possibile esse vlti mā partem proportionalem alicuius ꝓtinui. tunc arguo sic. nā si est possibile q̄ i qualibet parte proportionali deus fa/ciat vnuz lapidem pedalez. faciat ergo in prima parte pro/portionali alicuius hore lapidem pedalem tangentez. a. pū ctuz manentē fixuz. deinde in secunda parte proportionali eiusdez hore remoueat illum lapidē ab. a. puncto per spa/ciū pedale. ⁊ faciat inter ipsum ⁊. a. pūctū fm lapidē peda lez. deinde in tertia parte eiusdē hore remoueat aggregatū ex illis duobus lapidibus pedalibus. item ab. a. puncto ma nēte fixo p spacium pedale: ⁊ creet tertium lapidez pedalē inter illud aggregatū. ⁊. a. punctuz. deinde in quarta parte proportionali eiusdē hore remoueat item aggregatū ex illis trib⁹ lapidib⁹ pedalib⁹ ab. a. pūcto p spaciuz pedale in quo creet quartum lapidem pedalez. ⁊ hoc continuet per alias partes proportionales illius hore vsqz ad finem eiusdem si est possibile. tunc clarum est q̄ in fine hore aliquis lapis pe dalis tanget. a. punctum manentem fixum. ergo ille lapis erat vltimus in creatione infinitorum lapidum creatorum secunduz infinitas partes proportionales hore. sed cuz per casū cuiuslibet lapidum creationi corrñdeat vna pars pro/portionalis hore. sequitur q̄ lapidi vltimo creato. s. tangen ti. a. punctum in fine hore correspondet vna pars propor/tionalis hore que ē vltima iter omnes sicut ille lapis est vl/timus inter omnes lapides creatos. ⁊ cum tempus sit de numero continuorum sequitur esse vltimaz partez propor tionalem alicuius continui. quod est contra suppositionez. ¶ Juxta istam rationem pono aliquas propositiones. qua rum prima est ista: q̄ non est possibile q̄ in qualibet parte proportionali alicuius hore deus faciat vnum lapidem pe dalem sicut iam probatum est. licet tamen bene sit possibi/ le q̄ in qualibet parte proportionali alicuius hore deus faciat lapidem. nam bene possibile est q̄ deus in vna hora succes siue continue faciat vnum lapidem. ita q̄ in fine hore lapis factus a deo totalis sit pedalis. tunc cum quelibet pars la/pidis sit lapis sequitur q̄ in qualibet parte proportionali hore illius deus fecit lapidem. quia fecit partez lapidis. ¶ Se/cunda propositio. q̄ nūs nō sit possibile q̄ in qualibet parte proportionali alicuius hore deus faciat vnum lapidez pe/dalem tamen in qualibet parte proportionali alicuius hore deus potest facere vnum lapidem pedalem. patet hoc. q̄ in prima potest facere vnum lapidem pedalez. ⁊ in secūda potest facere vnum lapidem pedalem. nec est dare instan/tiam de aliqua. ergo in qualibet potest facere vnum lapidē pedalem. ¶ Et si arguatur. in qualibet potest facere vnuz lapidem pedalem. ergo possibile est q̄ in qualibet faciat vnum lapidem pedalem. neganda est consequentia. ex eo q̄ arguitur a sensu diuiso vero ad sensum compositum fal/sum. vnde non sequitur. quālibet partem istius ponderis sor. potest portare. ergo possibile est q̄ quālibet partem istius ponderis sortes portet. vnde sit. a. vnum pondus equale in gravitate cum potentia sortis tunc clarum est q̄ quālibet partem. a. ponderis sor. potest portare. et tamen non potest quālibet partem. a. ponderis portare. quia tunc a. pondus posset portare. qđ ē falsuz. qz fieret actio a pro/portione equalitatis. ¶ Tertia propositio iuxta dictam ra/tionem. aliqua propositio vniuersalis est impossibilis cui⁹ quelibet singularis est possibilis. ⁊ quelibet cuilibet earuz compossibilis. patet hoc. naz hec est impossibilis. in quali/bet parte proportionali alicuius hore deus faciat vnum la pidem pedalem: ⁊ tamen quelibet singularis eius est pos/sibilis quia nō est reperire aliquam quin fit possibilis: etiaz quelibet earum cuilibet alteri earum est compossibilis: qa non est reperire aliquas quin sint compossibiles. vnde se/cunda est compossibilis primo ⁊ tertia illis duab⁹. ⁊ quar ta. ⁊ quinta. ⁊ sic vlterius. ¶ Sed diceres. ex quo omniū singulariuz alicuius vniuersalis possibilitas ⁊ cōpossibilitas nō sufficit ad possibilitatē vlis. qd g⁹ sufficit ad possibilitatē ei⁹ dico q̄ requirit ⁊ sufficit q̄ oēs singulares simul esse ve ras sit possibile. idest q̄ hec sit possibilis. omnes eius sin/gulares simul sunt vere. ⁊ conformiter dicatur de possibi/litate propositionis copulatiue. ¶ Sed diceres. probo er/go q̄ hec sit possibilis in qualibet parte proportionali ali/cuius hore deus faciet vnum lapidem pedalem. cuius ta/men oppositum dictum est. probatur. nam primam eius singularem esse veram est possibile. ⁊ secundam eius sin/gularem esse veram est possibile. ⁊ tertiā ei⁹ singularem ee veram est possibile. ⁊ non est aliqua eius singularis quin ipsam esse veram sit possibile. ergo omnes eius singulares esse veras est possibile. ⁊ si sic ipsa est possibilis. ¶ Respō deo. concedo totum antecedens ⁊ nego cōsequentiā. vnde cōsequens omnino est impertinens antecedenti. vnde si cō sequentia valeret fm quā creditur argui inductiue conse/quens deberet esse vna propositio vniuersalis. sed ꝑ non. ex quo est vna propositio composita de possibili. vnde ista omnes eius singulares esse veras est possibile. est ita mo/do vniuersalis sicut ista omnem hominem esse animal est

possibile modo sicut scitis talis non est vniuersalis. ꝫ inde/finita sicut diffuse declarauī in logica. ¶Secundo arguitur ad quartam conclusionē si esset possibile ꝙ esset aliqua ma/gnitudo infinita. tunc esset possibile ꝙ aliquod corpus opa/cum obijceretur alicui corpori luminoso: ⁊ tamen non face ret vmbram. qđ videtur esse falsum. probatur cosequen/tia. nam fit per aduersarium vnum corpus luminosum in/finitum: ⁊ obijciatur sibi vnum corpus quadratuꝫ pedale. probo ꝙ non facit vmbram pro quo suppono ꝙ qlibꝫ ille punctus medij illuminatur qui est retro corpus opacuꝫ ad quem ptingit aliquis radius recedēs vel rectus: ab aliquo puncto corporis luminosi. deinde suppono ꝙ illud corpus luminosum sic se habeat ꝙ proportionaliter secundum ꝙ puncta eius plus distant a corpore opaco habeant plus de luce in tantuꝫ ꝙ quilibet punctus illius corporis luminosi: possit radiare vsqꝫ ad corpus opacuꝫ tūc arguitur sic. qui/libet pūctus medij retro corpus opacū illuminatur. ergo il lud corpus opacum non facit vmbram. ꝓsequētia tenet. an tecedens probatur. nā quocunqꝫ puncto medij dato retro corpus opacuꝫ ille distat a corpore opaco. ergo ad quēlibet talez punctuꝫ pōt pertenire radius rectus ab aliquo pun/cto corporis luminosi absq; hoc ꝙ impediatur per corpus opacū. ⁊ p ꝓsequēs p vnā suppositionē qlibet pūctus me/dij retro corpus opacū illuminat. qđ erat probatū. ¶Ter tio arguitur sic. si esset possibile aliquaꝫ magnitudinem esse infinitaꝫ: tunc esset possibile ꝙ. a. per vnā totā horā esset fi/nituꝫ ⁊ in instāti terminante illaꝫ horaꝫ exclusiue eēt infinitū ⁊ tamē in illo instāti nihil sibi adderetur: quod videtur esse inconueniens. ꝓbatur ꝓsequētia. nā fit. a. vnuꝫ pedale quod in prima parte proportionali alicui⁹ horе crescat ad duplū. ⁊ in secunda ad quadruplu. ⁊ sic vltra quomodo volunt probare possibilitatē infiniti. tunc in qualibet parte propor/tionali illius horе est finitum: sed in instanti terminante ex/clusiue illā horam est infinitum ex quo tunc est compositus ex infinitis quantis non cōmunicantibus quorum quod/libet est tantum sicut aliquod certum datum. ⁊ tamen pro illo instanti nihil sibi additur propter hoc ꝙ positum est: ꝙ augeatur vsqꝫ ad illud instans exclusiue. sic simili modo se/quitur ꝙ esset possibile ꝙ aliquid per vnam totam horam esset infinitum. ⁊ in istanti terminante exclusiue illaꝫ horaꝫ eēt finitū. ⁊ tamen in illo instanti nihil ab eo remoueretur. hoc iterum videtur esse inconueniēs. consequentia pꝫ si. a. qđ factum est infinituꝫ cconuerso minuatur ꝑ partes pro/portionales alicuius horе sicut augebatur vsqꝫ ad instans terminans exclusiue illam horam. ¶Quarto ad idem. nā dato opposito cōclusionis sequeretur ꝙ esset possibile ꝙ. a. ⁊. b. per vnam totaꝫ horā essent equalia ⁊ in istanti termi/nante exclusiue illam horam non essent equalia: ⁊ tamen in illo instanti a nullo eorum aliquid remoueretur: nec alicui eorum aliquid adderetur: hoc iterum videtur esse incōue niens. probatur consequentia. nam sint. a. ⁊. b. duo quanta pedalia. ⁊ augeantur in aliqua hora. sic ꝙ in prima parte ꝑ portionali illius horе qōlibet eorum augeatur ad duplum ⁊ in secunda ad quadruplum. ⁊ sic semper vsqꝫ ad finem horе. tunc per totam horam. a. ⁊. b. manēt equalia. et quo per totaꝫ horam sunt finita. ⁊ i principio erāt eālia ⁊ equa/liter augentur. ⁊ tamen in istanti terminante exclusiue illaꝫ horam non sunt equalia ex quo quolibet eorum in fine ho/re est infinitum. sed inter infinita non ē eālitas nec ineālitas per cōmentatorem tertio physicorum. ergo ⁊c. ¶Quin/to ad idem. dato opposito conclusionis sequeretur ꝙ per totam horam. a. esset maius. b. ⁊ in fine horе non: ⁊ tamē in fine horе nec. a. nec. b. aliquid adderetur. nec aliquid ab eis remoueretur. hoc iterum videtur esse inconueniens: probatur consequentia. nam posito ꝙ. a. fit duplum ad. b. ⁊ augeatur in hora: sic ꝙ. a. continue maneat duplu ad. b. ⁊ ꝙ in prima parte proportionali horе. b. augeatur ad du/plum. ⁊ in secunda ad quadruplum. ⁊ sic vltra. in fine ho/re nihil additur ipsi. a. nec remouetur ab eo. ⁊ sic similiter est de. b. ⁊ tñ i fine horе. a. nō ē maiꝰ. b. postq̄ tā. a. q̄. b. ē infinitū. vnū aūt infinitū nō est maius alio sicut postea proba/bit. ¶6° dato opposito ꝛclonis seqꝛet ꝙ sor. ⁊ pla. moue rentur per horam sic ꝙ in qualibet parte proportionali illiꝰ horе sor. pertransiret duplum ad illud quod pertransiret ℸPlato. ⁊ tamen in fine horе pertransitum a sorte non esset maius pertransito a ℸPlatone probatur consequentia. po/sito ꝙ sor. in prima parte proportionali alicuius horе ptran seat spaciuꝫ bipedale ⁊ ℸPlato pedale. ⁊ in secūda plato bi pedale. sortes vero q̄drupedale. ⁊ sic vltra eūdo sm pro/portionē duplā. tunc clarꝫ est ꝙ in qualibet parte proportio nali illiꝰ horе sor. ptransit duplum ad illud qđ pertrāsit pla/to. ⁊ tamē in fine horе ptransitū ab vno non est maius nec miꝰ ptransito ab alio propter hoc ꝙ i fine horе ab vtroq; ptransituꝫ est infinitū. modo vnuꝫ infinituꝫ nō ē maius nec minus alio pertransito. ¶Septimo dato opposito cōclu/sionis sequit̄ ꝙ. a. linea breuior. b. linea posset fieri longior ea ꝑ solū motuꝫ localem omni rarefactione: ⁊ ꝛdensatione amota. quod videt̄ esse inconueniens probat̄ ꝓsequentia. naꝫ sint. a. ⁊. b. due linee eque distantes protense i infinitū versus oriens. finite tamē versus occidēs. ⁊ sic se hēant ꝙ. b. versus occidens terminetur ad centruꝫ alicuius circuli. a. aūt citra. tunc pꝫ ꝙ. b. versus occidens est ꝓtēsa vltra. a. ⁊ per ꝓsequens. a. videtur eē breuior. tūc vlterius ima/ginemur ꝙ ille due linee circunuoluūtur: fiat tamē manen tes circa puncta ad que terminant̄ in circulo. circunuolu/tione aūt facta. a. ꝓtēditur vltra. b. sicut prius. b. ptende/bat̄ vltra. a. sicut pꝫ volenti intueri. ergo videtur ꝙ ꝑ solā talē circunuolutionē. a. ꝙ prius erat brevius. b. factū sit lon gius. b. inter omnes istas rationes ad quartaꝫ ꝛclusionem positaꝫ primā magis pondero. ¶Dubitatur. nos possu/mus imaginari magnitudinem infinitam. ergo magnitudo infinita saltem pōtest eē. consequētia probatur. quia nō pos sumus aliquid imaginari nisi imaginatio nostra ab aliquo moueatur. ergo si imaginemur aliquā magnitudinem in finitā: videtur ꝙ ad extra sit aliqua magnitudo ifinita mo/uens ad huiusmodi imaginationē. ℸRespōdetur ꝙ de infi/nito non possumus habere nec habem⁹ aliquē conceptum simplicē plusq̄ de chimera. ꝫ bene aliquez conceptum cō plerus de infinito hēamus. ⁊ illi nihil correspōdet i re pro/pter hoc ꝙ nō est aptꝰ natꝰ pro aliquo supponere. sed be/ne ptibꝰ eiꝰ. vñ ego bñ ꝛcipio corpꝰ ⁊ ꝛcipio ipsū eē finitū. deinde removendo hoc ab illo concipio corpus sine termi/no. ⁊ talis cōceptus complexus non habet correspon^{am} in re q̄ nis partes eius habeantur. ⁊ talis conceptus comple xus est cōceptus infiniti. imaginādo ergo corpus infinituꝫ non monemur ab aliquo extra qđ sit infinitum. sed mone/mur ab alijs rebꝰ ꝑ quaꝫ spēs dividēdo eas ab invicez for mamus in nobis conceptum de infinito. qui tamē sicut di/xi sm se totum non habet correspon^{am} in re sed sm partes eius recte sicut est de conceptu chimere.

Ad rationes ad primam nego antecedens. ⁊ ratio negationis pꝫ ex prima ratione adducta ad quartā conclusionem. Simili modo res pondeatur ad secundam. ¶Ad tertiam nego antecedens pro probatione. dico ꝙ aliquid esse compositus ex infinitis partibus equalibus non sufficit ad hoc ꝙ sit infinitum. sed requiritur cum hoc ꝙ ille partes non sint cōmunicantes. ꝫ ꝙ omnino vna sit extra alteram. sed sic non est in propositi/to. ¶Ad quartaꝫ que stabat in hoc ꝙ sicut magnitudo po test diminui in infinituꝫ per divisionē ad subduplum. ⁊ ad quadruplum ⁊ꝛc. ita per appositionem illaruꝫ partium ad aliam magnitudinem illa alia videtur crescere i infinituꝫ. s. ad duplu: ⁊ ad quadruplum ⁊c. hoc nego. qꝛ cū aliq̄ ma/gnitudo per ablationē sue medietatis ad duplū diminuat. tūc alia sibi eālis ꝑ additionē illiꝰ ad eaꝫ ad sexqualterū soluꝫ augeb. ⁊ sic nō tm̄ augetur vna magnitudo ꝑ additionem alicuius. qđ resecat̄ ab vna alia q̄tū diminuit illa a qua fit resecatio. ¶Ad quartaꝫ dico ꝙ nō est possibile ꝙ ex infinitis corporibus equalibꝰ nō cōmunicantibꝰ fiat aliquod corpus infinitum deducta rarefactione ⁊ cōdensatione. Et cum di cebatur ꝙ infinite essent ibi spissitudines circūflexe inter quas maxima esset finita. admittatur. Et cū vlterius argue batur. ergo spissitudo ex omnibus his aggregata esset fini ta. bene ꝛcedit. sed aliter nō. si ille spissitudines haberēt se

adinuicem continua proportione. modo nō est sic. vnde nō eodem modo habet se prima ad secundaz sicut secunda ad tertiam ⁊ in hoc est dissimilitudo inter illas spissitudines ⁊ partes proportionales continui nam partes proportionales in continuo se habent in continua proportione ita ꝙ q̄lis est proportio primi ad secundum talis est proportio secundi ad tertium. ⁊ sic vltra. sic autem non est de illis spissitudinibus. ¶Ad sextam cum arguitur de superficie nego ꝙ aliqua sit superficies infinita. Et cum arguebatur de angulo recto dico ꝙ non est infinitus licet sit compositus ex infinitis angulis non coicantibus quoruz quilibet aliquo dato est maior scilicet angulo contingentie. vnde hoc non sufficit ad infinitatem anguli: sed requiritur si debeat esse infinitus ꝙ sit compositus ex infinitis angulis non communicantibus. quorum quilibet angulo dato eiusdem speciei sit maior: modo sic non est de angulo acuto rectilineo ⁊ angulo contingentie. sunt enim anguli diuersaruz specieruz. ¶Ad septimam cum arguebatur de magnitudine lineali dico ꝙ illa bene probat istam conclusionem ꝙ infinita est magnitudo linearis: non tamen probant aliquam magnitudinem linearem esse infinitam. ⁊ primum est concedendum. secundum vero negandum ꝑz ꝙ patet ex dictis i questione.

¶Adhuc autem necessarium infinita magnitudine eē etiā loca ipsaz ⁊c. Textu ꝓmē. lviii.

Questio decima.

Vtrum propositoruz. erat vtz infinituz possit esse maius vel minus alio si essent plura infinita. seu utrum sit vnum comparabile alteri. arguitur primo ꝙ sic. quia si essēt plura quolibet eorum esset quantum. proprium autem est quātitati ꝑz eam equale vel inequale dici sicut dicit Aristo. in predicamentis. ergo infinitum potest esse infinito equale vel inequale: ⁊ per consequens comparabile ꝑz maius ⁊ minus. ¶Secundo. omne comparatuz alteri aut excedit ipsuz: aut exceditur ab eo aut est equale ei. ergo sic videt esse de infinito respectu infiniti si essent plura. ¶Tertio infinitum est compabile finito. quia maius est infinitum. ergo a fortiori est comparabile infinito. quia comparatio fit inter res eiusdez rationis modo magis conueniunt duo infinita q̄ finitum ⁊ infinitū. ¶Quarto. a. ⁊. b. infinita si eēnt vel essent equalia vel inequalia si equalia sic sunt comparabilia. si inequalia tunc vnuz est maius ⁊ alterum minus. qz quinto metaphysice dicitur qō inequale idē est qō maius aut minus. ¶Quinto duo infinita sibi inuicem supposita sic se possunt habere qō neutrum excederet aliud nec excederetur ab eo. ergo essent eq̄lia. ꝓsequētia tenet. per vnū principiuz geometrie. antecedens ꝑz. si esset duo ligna versus orientem infinita. ⁊ versus occidens vnum eorum nō eēt protensum vltra aliud. ⁊ vtrumqz eoruz esset pedaliter latum. ¶Sexto omne totum est maius sua parte in aliqua proportione. modo vnum infinitū potest signari tanq̄ portio alterius sicut colūna infinita esset portio infiniti vndiquaqz ⁊ multitudo partiuz medietatis est portio multitudinis p̄tium totius. ¶Septimo. omne contentum est minus corpore continente vel aggregato ex continente ⁊ contento. ꝑz columna infinita esset contenta in infinito vndiqz si esset ergo ⁊ cetera. ¶Octauo illud quod totū occupat est maius illo quod non totum occupat. quia si non tunc pari ratione vnum occuparet totum sicut alterum. modo sic ē de duobus infinitis quorum vnum est infinitum vndiqz ⁊ aliud non. ¶Nono omne corpus est in loco sibi equali. quarto phyſicoz saltez capiendo locū ꝑ spacio imaginato. ergo infinitum ⁊ locus eius infinitus sunt equales ēt capiendo locum ꝑ superficie cōtinēte infinitum. ⁊ sic saltem superficies continentis ⁊ superficies contenti que sunt infinite sunt equales. ¶Decimo sic. sit. a. vnū infinitū ꝑm lōgū pedali ter latū ⁊ pedaliter pfūdū. ⁊. b. cōformiter longū ⁊ min⁹ latum ⁊ pfundū. tunc sequitur. a. excedit. b. ꝑm vnā dimēsionē ⁊ ꝑm qd. ⁊ nō excedit ꝑz aliā. ergo ē maius. ista ꝓña tenet. nam sic est i oibus corporib⁹ finitis. ergo vr sic eē i infinitis si essent. Et si diceretur ꝙ licet in corporibus finitis sic sit non tamen in corporibus infinitis sic esset si essent. videtur esse quoddaz voluntarium ⁊ sine ratione. ¶Undecimo. omne figuratum alio figurato est equale vel maius vel minus. pz statim. quia equalitas ⁊ iequalitas maxime probantur de figuris in geo⁹. modo si essent due columne infinite ipse essent figurate adhuc figuris eiusdem rationis. ergo videtur ꝙ si essent plura infinita ipsa essent adinuicez comparabilia. ¶Duodecimo sit. a. finitum duplus ad. b. tunc cōtinue p partes ꝓportionales horе dupletur vtrūqz tunc statim pz ꝙ nihil deperditur continue per horam de ista iequalitate aut proportione. quia cōtinue. a. est duplus ad. b. ergo in fine adhuc est duplum. quia non deperditur subito in vltimo instanti cum additio sit successiua: ⁊ tamē in fine sunt duo infinita vt statim sequitur ex casu. ⁊ per idez potest argui ꝙ vnum infinitum ad aliud sit duplum triplū quadruplum ⁊c. ¶Tredecimo. sit. a. mobile qō in qualibet parte proportionali horе pertranseat vnū pedale ⁊. b. similiter: tunc in fine. a. ⁊. b. fuerunt equaliter mota. ergo pertransiuerunt spacia equalia: sed ex casu sequitur ꝙ illa spacia sunt infinita. ergo per imaginationē sequitur ꝙ duo infinita sunt equalia. ⁊ per consequens cōparabilia. ¶14° arguitur sic. moueatur. a. per bipedale ⁊. b. per pedale sicut prius in qualibet parte proportionali horе: tunc. a. mouetur in duplo velocius ꝓtinue. ergo ex diffinitiōe velocioris posita. 6°. phy. a. in duplo velociꝰ moueꝫ. ergo in fine ptrāsiuit in duplo maius spaciū. ꝑz qōlibet eoz ptrāsiuit infinitū. ergo vnum ifinitū alteri. est duplū: ⁊ ita pōt argui ꝙ ifinitū pōt duplari ⁊ q̄druplari. ⁊ sic vlteri⁹. ¶15° arguit sic. infinitū posset augeri. ergo infinitū infinito pōt eē maiꝰ: ꝓsequētia tenet. antecedēs ꝑbaꝫ. qz ad infinitū qō non est vndiqz ifinitū pōt fieri additio. ergo ex descriptiōe augmētationis fiet augmētatio. qz augmentatio est prioris q̄titatis additamentū. sic ergo argumentū est de infinito ꝑm extensionem. ¶Deinde arguit de infinito ꝑm virtutez vel intēsionem: nam sit. a. vna columna infinita. ⁊. b. vna alia supposita. ⁊ sit. a. calidum vniformiter in quolibet pūcto duobus gradibus intensiue. ⁊. b. infinitū vniformiter frigidū i quolibet suo pūcto vno gradu frigiditatis. tūc pz ꝙ qōlibz pedale ipsi⁹. a. aget i ptē. b. cui supponiꝫ. ergo totū. a. aget in totū. b. ꝑz tam caliditas q̄ frigiditas est ifinita. ergo vnuz infinitū aget in aliud. ⁊ qz agens excedit passum ⁊ est maius eo statim sequitur ꝙ vnum infinitum est maius alio. ¶Eodem modo eēt si imaginaremur. a. eē vnuz grauem qō quodlibet pedale eius eēt duaz libraz. ⁊. b. vnum leue: ⁊ quodlibet pedale eius eēt sicut vna libra in grauitate. q̄ posito. a. monēt. b. ⁊ faceret. b. descēdere tali velocitate sicut bipedale moueret pedale. ⁊ hoc eēt a proportione dupla. ergo vnuz infinituz ē alteri duplum. ⁊ per ꝑñs maius. etiaz quia. a. est calidius. b. vel grauius sequitur ꝙ habet maiorem caliditatem q̄ sit frigiditas vel leuitas ipsius. b. ⁊ tamē vtrūqz illoz esset infinitum. ¶Secundo sic. sit. a. infinituz caliduz infinite extensiue ⁊ intensiue. ⁊. b. infinitum habens caliditatem infinitaz extēsiue solum. tunc cum. a. sit calidius. b. in infinitum sequitur ꝙ caliditas eius sit maioz in infinitum q̄ sit caliditas. b. que etiam est infinita. quia in vno pedali ipsius. a. est caliditas infinita. ⁊ tamē est maioz in toto. a. ¶Deinde arguitur de ꝓportione infinita. qz dicitur quinto euclid. si aliqua fuerunt cōtinue ꝓportionalia proportio primi ad tertium est dupla ad proportionem primi ad secundū. modo qualis est proportio corporis ad superficiem talis est superficiei ad lineam. ergo proportio infinita corporis ad lineaz est in duplo maioꝛ q̄ sit proportio corporis ad superficiem. ¶Secundo in eodem quinto euclidis dicitur. ꝙ si due quantitates comparantur ad tertiam illa tertia habebit ad minorem maiorē proportionem sicut. 4. maiorem habent proportionem ad. 1. q̄ ad duo ergo angulus rectus habebit maiorem proportionem ad angulum contingentie minorez q̄ ad maiorem. ⁊ ad vtrūqz habet infinitam. vt patet tertio euclidis. ergo vna proportio infinita est altera maior. ¶Deinde arguitur de tēpore. qz si mūdus fuit ab eterno sicut fuit ꝑm Aristotelem. tunc

luna fuit infinities eclipsata. ergo totum tempus quo luna fuit eclipsata fuit infinitum ideo videtur ꝙ totum tempus eternum non sit maius illo tempore ī quo luna fuit eclipsata nisi tunc ponatur vnum infinitum esse maius alio. 2° nō esset eligibilius nunc incipere habere bonum in perpetuū ꝙꝫ expectare adhuc 100000. annorū. ꝙ vtroꝫ modo haberetur bonum infinitum in duratione ⁊ vna duratio infinita non est maior alia. ergo ⁊c. ¶ 3° sequeretur ꝙ nō esset fugibilius habere malum perpetuum aliquātum intensuꝫ ꝙꝫ in duplo vel in quadruplo magis intensum. qō videtur esse falsum. consequentia tenet. ꝙ vtrobiꝫ esset maluꝫ similiter infinitum. ⁊ si alterum non esset maiꝰ tunc nō esset fugibilius. ¶ Deinde arguit de deo. sequeretur ꝙ deus non potest mouere infinitum posito ꝙ fecisset vnuꝫ infinitum. ꝓña tenet. ꝙ deus nō esset potentior. ex quo vnū infinitum nō esset maius alio. ¶ Secundo si faceret qualitatem infinitam que esset virtus infinita tunc deus non esset maioris virtutis: quod est inconueniens. ¶ Tertio cū ipse sit omnipotens tollatur ab eo per imaginationem virtꝰ calefaciendi ⁊ dimittatur quo ad alia tunc est minus potens. ergo potētia infinita ē diminuta. ⁊ tamē adhuc est infinita. ꝙ potest producere infinitam frigiditatem.

Oppositum arguitur. nam infinitum si esset occuparet locum sibi equalem vel spatium imaginatur quod esset infinituꝫ. ⁊ sic esset infinitum infinito equale qō Ari. ⁊ cōmētator reputat impossibile tertio phyſicorū. modo si impossibile est infinitū infinito esse equale pari ratione videtur ꝙ impossibile sit infinitum infinito esse maius vel minus. ⁊ per consequens videtur ꝙ impossibile sit infinito infinitū esse cōpabile. ¶ In ista qōne p° ponā duas bzeues distictōes. deide ꝛcliones.

Prima distinctio est ꝙ equale dicitur dupliciter. vno modo quando aliqua dicūtur equalia sine additione ⁊ totum tot est equale in summa. ⁊ isto modo nihil simul est eidem equale ⁊ inequale. Alio modo aliquid dicitur equale alteri ſm quid. ſ. ſm latum vel ſm lōgum. aut a dextris aut a sinistris ⁊c. ⁊ sic aliqua similiter sunt equalia ⁊ inequalia ſm quid. quia aliqua equalia ſm profundum sunt inequalia ſm longum ⁊ etiam ſm latuꝫ. ¶ Secunda distinctio. ꝙ aliquid dicitur maius alio dupliciter. vno modo proprie quia ad aliquod certū habet maiorem proportionem sicut tripedale ad pedale habet maiorem proportionem ꝙꝫ bipedale. ergo est maius eo proprie sicut patet ex quito euclidis. secundo modo aliquid dicitur maius alio improprie. quia continet aliquod totuꝫ ⁊ adhuc plus licet non habeat ad illud maiorem proportionem. sicut si. a. esset aggregatum per imaginationem ex vno corpore ⁊ vna superficie. ⁊. b. esset corpꝰ equale. a. accepto sine illa superficie. tūc. a. esset maius. b. improprie. quia indiuisibile addditū idiuisibili non reddit ipsum maius.

Quantum ad secunduꝫ pro prima conclusione ponēde sunt tres suppositiōes. ¶ Prima est ꝙ nihil potest fieri maius ꝙꝫ sit soluꝫ ex alia ordinatione ⁊ situatione partium. nec potest fieri minꝰ sine subtractione vel condensatione. similiter nulla multitudo pōt fieri maior multitudo sine additiōe vnitatis nec minor sine subtractione. ¶ 2ª suppositio. ꝙ quecunq; sibi inuicem supposita vel per imaginationeꝫ applicata sunt si vnum nō excedit aliud nec exceditur: vnuꝫ eorū nec est maius nec ē minꝰ alio. ⁊ similiter ē de multitudinibꝰ q̄ sic se hñt ꝙ cuilibꝫ vnitati ī vna corrīdet vnitas ī alia eaꝫ vna non ē maior altera neq; minor. ⁊ hoc videt̄ per se maⁿ postꝫ vnū nō excedit alteꝝ. ¶ 3ª suppositio ꝙ infiniti ad infinitū nulla est ꝓportio finita sicut dupla vel tripla ⁊ cetera. ꝙ tunc sequeret̄ ꝙ finitū esset medietas infiniti vel pars aliquota. ita ꝙ finities sumpta faceret infinitū. quod implicat. ⁊ intelligo hoc de infinitis que essent eiusdē rationis. ¶ Tūc sit prima ꝛclusio. nullū infinitū altero infinito ē maiꝰ aut minꝰ. scilicet corpus corpore: superficies superficie. multitudo multitudine. tēpꝰ tempore. virtus virtute. ꝓbat̄. naꝫ impossibile ē infinitū eē sicut dictū ē ꝓus. ergo ⁊ cetera. ¶ Aliter arguit̄ sic. nam per imaginationem si est possibile sit. a. vnum corpus infinitum vndiq; ⁊. b. sit vnum aliud infinituꝫ pedaliter latum ⁊ pedaliter profunduꝫ ⁊ infinitum longū soᵐ versus occidentē tūc per imaginationē dimisso. a. sumatur primū pedale de. b. ⁊ fiat spicuꝫ. deinde secūdū addat̄ primo ⁊ fiat totuꝫ spicum. deide tertiuꝫ. deide q̄rtū. ⁊ sic vltra. ⁊ non fiat rarefactio nec aliunde additio. ⁊ cōtinuetur hoc ſm partes proportionales hore. qō aduersariꝰ non reputaret impossibile. tūc in fine hore totū hoc erit infinitum vndiq; quia infinite sunt facte additiones equales. ponat̄ ergo per imaginationem ꝙ applicetur ipsi. a. ac si duo corpora essent simul tunc nō excedit. a. nec excedit̄. quia qōlꝫ vndiq; est extensuꝫ. ergo per secundā suppositionē nō erit maius neq; minus. sed ipsi. b. nihil est additū nec ipsuꝫ est rarefactuꝫ. ergo per primā suppositionem nō est augumētatuꝫ. ergo in ꝓncipio quādo erat infinitū soᵐ ſm longuꝫ ⁊ ab vna parte nō erat maius ꝙꝫ. a. neq; minus. ſ; tamē si aliquod infinituꝫ est vel potest esse maius alio. a. deberet esse maius. b. ¶ Et si dicat ꝙ nō imo forte sunt vel possunt eē duo alia infinita quoꝝ vnū esset maius alio. hoc non valet. ꝙ de quibuscunq; alijs infinitis potest eodē modo argui vt fiat ratio in generali arguēdo sic. omne infinitū potest taliter aptari sine diminutione vel augumetatione ꝙ alteruꝫ infinitum non excedet ipsuꝫ nec excedet̄ ab eo. ergo nullū altero ē maiꝰ vel minus. añs pz ex casu posito. ꝓña tenet ex suppositionib⁹. ¶ Juxta eandē imaginationē segt̄ ꝙ ex. b. pōt fieri infinitū vndiquaq; ⁊ tū. b. adhuc nō eēt diminutū. vt si capiat̄ secūdū pedale ⁊ deinde q̄tū ⁊ deinde 6ᵐ ⁊ deide 8ᵐ ⁊ sic vlteriꝰ ſ; partes alternatas ⁊ ponat̄ in globo sicut ꝓus ⁊ alia pedalia remānētia ꝓiūgāt̄. tūc pz ꝓpositū. ¶ Nec solū hoc sequitur sed etiā ꝙ ex ipso b. nō diminuto pōt ſieri adhuc vnū aliud infinitū ꝑ eādē viā imo infinities infinita. Ex hac imaginatione segt̄ ꝙ impossibile ē infinituꝫ esse sicut dicebat̄ in ꝓcedēti questione. ¶ Secundo arguitur ad conclusionem sic. aut infinituꝫ excederet infinitum excessu finito aut infinito. non finito. quia tunc esset ꝓportio in infinitum parua. quod pz. ꝙ si eēt certa ꝓportio sicut dupla: tunc finitū eēt medietas infiniti vel pars aliquota. qō ē ꝓtra tertiā suppositionē. ⁊ si est ī infinitū modica tūc unū nō ē maiꝰ alio ꝓprie. sic pz ex secūda distinctione. ¶ Nec pōt dici ꝙ vnuꝫ infinitū excedat aliū excessu infinito: ꝙ aut hoc esset finite. ſ. in certa ꝓportione sicut dupla vel tripla ⁊ cetera. aut infinite vltra omnem proportionem finitā non potest dici primum. nam tunc vnum infinitum esset medietas alterius infiniti cuius oppositum ostenditur tertio phiſicoꝝ. nam sicut prius dicebatur non posset assignari vbi esset mediuꝫ. sicut patet de tempore eterno. nec potest dici scōm. nam tunc non esset ꝓprie maius sicut dicebatur in secūda distinctione sicut nec corpus est ꝓprie maius superficie nec superficies linea. ¶ Tertio nam sit. a. vna linea sicut octo et. b. sicut vnū. tunc ſm partes ꝓportionales hore cuilibet addatur vnum. qō est possibile ſm aduersarium: tunc in fine quelibet illarum linearum erit infinita et etiam ſm aduersarios. a. in fine hore excederet. b. excessu finito. scilicet per septem. sed hoc est falsum. quia inequalitas est diminuta in infinitum. vnde semper fit minor proportio in infinitum. a. ad. b. in tali additione. et sic videtur ꝙ in fine hore talis proportio. a. ad. b. fit diminuta usq; ad non gradum. ⁊ per consequens in fine hore. a. non erit maius. b. nec inequale. ¶ Quarto arguitur de multitudine. nam sit vnum pedale per imaginationem diuisuꝫ per partes proportionales tunc super primam partem sit aliquod album super secundam sit aliquod nigrum. ⁊ super tertiam. iterum aliquod album. ⁊ super quartam iterum aliquod nigrum ⁊ sic alternatim de alijs partibus proportionalibus. tunc auferatur primum nigrum ⁊ transferatur secundum album super secundaꝫ partem. deinde auferatur tertium nigrum transferendo sicut prius. ⁊ consequēter amoueantur omnia nigra. istum casum concederent aduersarij tunc clarum est ꝙ super quālibet partem erit aliquod album. ergo per primā suppositionē multitudo albox non est maior nec minor multitudine partium ꝓportionalium: ⁊ ꝑ idē patet ex principio casus ꝙ tota multitudo alborum ⁊ nigro-

rum non est maior nec minor multitudine partiū proportionalium: ergo sequitur ꝙ alba: ⁊ nigra simul sumpta nō sunt plura nec pauciora ꝙ alba solum. Eodem modo si super primam ponatur vnum album: deinde transferendo ponatur scōm album super millesimam: deinde sup millesimā ab illa: ⁊ sic consequenter ꝓbabile vt prius ꝙ partes ꝓportionales non sunt plures ꝙ illa alba: ⁊ simile argm̄ solet fieri de coronis vel colūnis. ¶Quinto arguit de virtute. ⁊ sint. a. ⁊. b. due virtutes infinite fm aduersarios respectu effectuū eiusdē rōnis: tūc arguit. ꝙ tūcunq; pōt. a. tm̄. pōt. b. ergo neutra excedit reliquā. ꝓña nota est. ⁊ añs pz. q: si a. potest plus ꝙ b. tunc b. non est virtus infinita. q: non posset tm̄ qn vna alia posset plus. ¶Et confirmatur: q: ex effectibus arguit maioritas virtutis. ergo si virtus est infinita pōt in effectum infinitum: ⁊ iam probatum est infinitum infinito non esse maius: ergo vna talis virtus non pōt esse maior ꝙ alia. ¶Pro scōa cōclusione sit prima suppositio. ꝙ portio alicuius nō ē equalis illi cuius ē portio: ⁊ cum quo ē eiusdē rōis: hoc videt̄ p se notuz. q: si negaret̄ eodē modo posset dici ꝙ pars ⁊ illud cuius ē pars essent idē vel equalia. ¶Scōa suppositio. si vnū superexcedit ⁊ trāscendit aliud ⁊ non ab aliqua parte exceditur ab illo illa nō sunt equalia. qō videtur esse per se manifestum ex qd nominis equalitū. ¶Tertia suppositio. si ab equalibus equalia demas q̄ remanent erūt equalia. siue dēpta habeāt ꝓportiones ad residua siue non. sicut si a duobus angulis rectis removeant̄ duo anguli ⁊tingētie equales. restāt equalia. Et ita ⁊ si equalibus tungant̄ iequalia tota fiūt iequalia siue habeāt ꝓportionem siue non sicut prius. ⁊ nō est ratio quare ista sint magis vera de finitis ꝙ de infinitis si essent. ¶Tūc sit scōa cōclo. aliqua duo infinita non sunt equalia. ꝓbat̄. nā sit. a. corpus infinitum vndequaq; per aduersarū. tunc in eo pōt signari portio que est pedaliter lata ⁊ pfunda ⁊ in infinitū longa solū versus occidentē q̄ sit. b. tunc arguit̄ sic. a. ⁊. b. nō sunt equalia. ergo aliqua duo infinita nō sunt equalia. añs pz. q: b. est portio. a. ergo per primā suppositionē b. ⁊. a. nō sunt equalia. Sed ꝓñtia probatur. nam ipsuz. a. est simpliciter infinitum ex casu. ⁊. b. nō ly possit ex ipso. b. fieri simpliciter infinitum sine additione ⁊ sine rarefactione fm quod patet ex probatione precedentis conclusionis. ergo si. a. ⁊. b. non sunt equalia aliqua duo infinita nō sunt equalia. ¶Confirmatur antecedens huius rationis. a. trāsit vltra. b. in aliqua parte ⁊ non exceditur. a. b. in aliqua. ergo nō sunt equalia. antecedens patet. ex casu consequentia tz. per scōam suppositionē. ¶Scōo. sit. a. pedaliter latū ⁊ pfundū ⁊ in infinitū longum versus occidentem solum. ⁊. b. simili modo. ⁊ superponant̄ ita ꝙ vnum non trāscendat alterū. tunc. a. ⁊. b. vident̄ esse equalia si aliqua infinita sunt equalia. deinde tungat̄ ipsi. a. corpus quatuor pedum. ⁊ sit. c. ⁊ ipsi. b. tungat̄. d. corpus vnius pedis. tūc arguit̄. si. a. ⁊. b. nō sunt equalia habeāt intentū. si sint equalia. ergo per tertiā suppositionē. adiūctis. c. ⁊. d. iequalibus tota sunt iequalia. ergo duo infinita. s. a. c. ex vna parte. ⁊. b. d. ex alia sunt non equalia. qō est ꝓpositum. ¶Confirmat̄. sint. a. ⁊. b. corpora vt prius. ⁊ trahat̄. a. ad orientez vsq; quo. a. trāseat extremitatē. b. tunc. a. superpositū. b. transcendit ipsuz. ⁊ non econuerso. ergo. a. ⁊. b. nō sunt equalia. ¶Tertio. sint. a. ⁊. b. duo infinita qualitercūq; non tm̄ vndiquaq; tunc adiungat̄. c. quadrupedale. ipsi. a. ⁊. d. vnius pedis. ipsi. b. tunc vel duo infinita. a. c. ⁊. b. d. non sunt equalia. ⁊ habeāt ꝓpositum. vel sunt equalia. ⁊ tunc dēptis equalib⁹ s. a. ⁊. b. remanent per tertiā suppositionē. c. ⁊. d. equalia. qō est cōtra positum. Si dicat̄ ꝙ. a. ⁊. b. non sunt equalia hoc est qō peto. ⁊ sic semper seqūt ꝓpositum. ¶Cōfirmat̄ sint. a. ⁊. b. vt prius. q̄ si nō sint equalia hz intentū. si sint eq̄lia adiungat̄. ipsi. a. secundum latuz vnū infinitū oīno simile. quod sit. c. ⁊ ipsi. b. vnuz pedale. qō sit. d. tunc vel. a. c. ⁊. b. d. sunt equalia vel non equalia. si nō equalia habetur intentum. si sint equalia tunc per tertiam suppositionē. dēptis. a. ⁊. b. equalibet remanebit. c. infinitum equale. d. finito. quod ē impossibile. ¶Quarto potest argui. de multitudinibus. ⁊ sit. a. multitudo partium proportionaliū vnius ordinis quāti pedalis. ⁊. b. multitudo infinita partiū ꝓportionalium alterius ordinis. vt verbi gratia. a. sit multitudo medietatum proportionalium. ⁊. b. tertiaruz. tūc ipsi a. addat̄ vnitas. que sit. c. ⁊ ipsi. b. addat̄ vna alia multitudo infinita. que sit. d. tunc. si. a. ⁊. b. non sunt equalia habetur intentum. si sint equalia. aut ergo. a. c. ⁊. b. d. non sunt equalia. ⁊ hoc est propositum. si sunt equalia. tunc dēptis equalibus. s. a. ⁊. b. residua remanent equalia. s. c. vnitas ⁊. b. multitudo infinita. sed hoc est ipossibile. ꝓña tenet per tertiā suppositionem. ¶Aliter pōt argui. q: quedam multitudo infinita est portio alterius multitudinis infinite: ergo quedā cuidā non est equalis. cōsequentia tenet. per primā suppositionem. ꝓbat̄ antecedens. q: si sit multitudo infinita alborum ⁊ nigrorum simul. multitudo infinita alborum solum est portio multitudinis infinite albox ⁊ nigrox occupātium partes ꝓportionales alicuius ꝓtinui iuxta imaginationē. quarte rōnis ad primā ꝓcl'onē. ¶Consimili mō pōt argui de virtutibus. q: non dār infinite. nisi q: pñt ꝓducere infinitū effectū: ⁊ tō ex nō equalitate effectuū arguet̄ nō eq̄litas cārum vel virtutū. ¶Cōcludat̄ ergo ꝙ i quolibet genere in quo p̄t imaginari infinita aliqd alteri ē nō equale. ⁊ hoc ꝓcludat̄ iuxta dcā ⁊ ꝓcessa aduersarioz. ¶Tertia cōclusio. nulla infinita sunt adiuicē cōparabilia. ꝓbat̄. nullū infinitū ē maius alio nec minus. per primā ꝓcl'onē. ergo vel oia sunt equalia vel nō sunt adiuicē cōparabilia. ꝛ non oia sunt equalia p scōaz ꝓcl'onē. ergo oia nō sunt adiuicē cōparabilia. ⁊ hoc dicit ꝓcl'o. ¶Quarta ꝓcl'o. infinita si essent non ecnt adiuicē cōparabilia. pz per ꝓcl'onē ꝓcedētē. et ecnt adiuicē cōparabilia. ꝓbat̄. q: ad ipoē segt̄ qōlz. mō ipossibile est esse infinitū. ⁊ per añs ipossibile ē esse infinita sicut dcm̄ ē i ꝓcedēti cōne. ergo ⁊c. ¶Iuxta dictas cōclusiones iferō ꝗdā corīa. ¶Primū. infinitū nō pōt augeri nec addēdo finitū nec addēdo infinitū. pz b q: augeri ē fieri maī. mō infinitū ñ pōt fieri maius. alr eni aliqd esset maius infinito. qō est ctra primā cōclusionez. ¶Scōm corre. ꝙ nec pōt minui nisi tollendo infinitum ⁊ cum hoc ꝙ remaneat solum finitum. vnde existente infinito nō pōt minorari. ¶Tertio sequit̄ ꝙ non pōt duplari nec triplari. q: hoc est augeri. nec ēt subduplari vel subtriplari. q: tunc diminueret̄ ipso remanente infinito. modo nunquā finitum est subduplinz ad infinitum aliter enim ex duobus finitis posset ꝓstitui infinitum. qō est falsum. ¶Quarto sequitur ꝙ infiniti non est pars ꝓpria dcā nec aliquota. sicut duo sunt pars ipsox sex. nec ēt nō aliquota sicut tria sunt pars ipsox quinq: pz. naz talis pars infiniti nō est aliquid finitum q: infiniti ad finitum nō est aliqua proportio nisi ficut linee ad pūctum. ¶Nec est aliquid infinitum. q: tūc infinitum ad infinitum haberet aliquā certā ꝓportionem q̄ est iter maius ⁊ minus. ēt ois pars ē minor suo toto ⁊ sibi cōparabilis: sed infinitum infinito nō est cōparabile. nec minus nec maius. ¶Quinto segt̄ ꝙ infinitum nō est totum nisi valde improprie. pz. q: totū dr relatiue ad partē. ⁊ iam ostensum ē ꝙ nō hz partē. ergo ⁊c. ¶Sexto segt̄ ꝙ ipsius infiniti est portio valde improprie. sicut forte diceret̄ pūctum esse portionem linee. sicut dī primo posterioz ꝙ suba linee est ex pūctis. ⁊ sic linea diceret̄ por⁹ infiniti. ⁊ infinitū por⁹ infiniti. sed nō ꝓprie. q: infinitū nō hz ꝓprie portionē neq; finitā neq; infinitā. ¶Septimo sequit̄ ꝙ infinitum posset demi ab infinito. sed esset absq; diminutione infiniti. imo infinities infinita sicut pōt patere ex prima ⁊ q̄rta rōne scā ad primā cōclusionem. ¶Octauo sequit̄ ꝙ p cōtinuā augmentationem finitum fieret subito infinitū. si possibile esset fieri infinitum. ita ꝙ in istanti sit finitum ⁊ immediate post infinitum. vel econuerso. s. in istāti est infinitū. ⁊ immediate ante erat finitum. Sicut patet in exemplo i trāspositione partium proportionalium: vnde est vnū instās in quo fit trāspositio subito de multitudine finita ad infinitā recte. sicut est dare primum instans in quo quelibet pars proportionalis alicuius ptinui est pertrāsita. ⁊ immediate ante illud instās nō. ¶9m corre. ꝙ per subtractionem finiti ab infinito infinitum fieret subito finituz. ita ꝙ i tali subtractione deueniret̄ ad aliquid istās i quo primo erit verū dicere nunc illud per subtractionem factum est finitum ⁊ immedia

te ante ß non. ¶ Decimo segē ꝙ infinitum non pōt mone re infinitū nec successiue nec subito. ⁊ hoc dicit Aristo. pri/mo huius. nō successiue. qz talis velocitas segē ꝓportionē mouētis ad motū: mō ifiniti ad ifinitū nō ē ꝓportio: nec su bito. qz tūc ifinitū esset maius ifinito in ifinitū. qđ ē falsum.

Ad rationes ad primā qñ dicebaꝫ infinitum si esset ecē ẽtum. verū est: etiaꝫ si esset ipsum non esset ẽtum cum ad ipossibile sequantur ꝺdictoria. ⁊ sic infinitum si esset vel si essent plura vnū esset maius alio. ⁊ esset sibi cōparabile: ⁊ non esset maꝰ alio nec esset sibi cōparabile. ⁊ ideo qcquid tibi placet sequitur ad ī finitum esse. ¶ Ad scām. omne cōparabile ⁊c. ꝓcedo to/tum. sed nego ꝙ sit sic de infinito. quia infinitum non est ali cui comparabile. ¶ Ad tertiam. infinitum esset compara/bile finito ⁊c. concedo. etiam dico ꝙ non esset comparabi/le finito. cum sicut iam dicebatur ad infinitum esse sequan/tur contradictoria postquam infinitum esse est impossibile sicut probatum est in precedenti questione ⁊ conformiter etiam potest responderi ad omnes alias rationes iuxta idē fundamentum.

¶ Quod quidē igitur non est corpus omnino infinitum ex his manifestum ⁊c. Textu cōmēti septuagesimi quinti. Questio. xi.

Extum propositorum erat. vtruꝫ mundus sit magni tudo fi nita vel infinita: videtur ꝙ sit magnitudo ī finita. qz totum occupat. tale autem est infi nitum. ¶ Scōo nisi mundus esset magni tudo infinita extra mundum videreꝯ esse spacium infinitū. ⁊ sic adhuc sequiꝯ ꝙ ecē dare actu infinitum: cuius oppositum prius dictum est. Et confirmaꝯ. qz si mundus esset magnitudo finita aliquis exi stens in extremo mundi vtiq; posset extendere brachium suum: cum nulluꝫ videatur esse impediens ipm. ⁊ ꝓ ꝑs ibi videꝯ esse spaciuꝫ: ⁊ non finitum: qz non videꝯ rō vsqz ad ẽtum illud spacium esset extensuꝫ ꝑcise. Et ꝓfirmatur qz nisi extra mundum esset spacium vel locus sequereꝯ ꝙ vltimum celum non moueretur localiter. hoc est falsum. falsitas consequentis patet qz moueꝯ ⁊ non alio motu spe/cie a motu locali. ergo. consequentia probaꝯ. nā tūc vltimū celuꝫ nō esset in loco. ⁊ per ꝙsequens non mutaret locū: ⁊ cū latio seu motus localis sit loci mutatio segē illud quod dictum est. s. ꝙ vltimum celum non mouetur localiter.

Oppositum vult Aristo. i littera q ꝓbat hoc tanē vnā ꝯclusionē principaleꝫ ꝙ mūdus sit magnitudo finita. ¶ Hic erunt duo articuli. ¶ Primus erit de principali q̄sito. Scōus erit posteē mūdꝰ est magnitudo finita vtrū extra ipm sit aliqd. puta spaciū ī finitū vel aliqd aliud. de quo iam tangebatur in arguendo.

Be primo sit ista conclusio ꝙ mundus est ma/gnitudo finita. probatur. mundus ē magnitudo iuxta prius dicta. vel ergo est magnitudo finita vel infinita. si finita habetur propositum. si infinita tunc se/quitur ꝙ aliquid esset actu infinitum. cuius oppositū ostē sum est in precedentibus.

Be secundo videꝯ ꝙ extra mūduꝫ sit locꝰ: qz aliter nō posset saluari ꝙ vltimū celū moueretꝯ localiter. ¶ Deide vꝫ ꝙ extra mūdū vtiq; sit spaciū: qz extra mūdū deus posset adhuc creare vnum lapidem: sed talis nō esset idiuisibili: imo aliqđ spaciū diui sibile videreꝯ occupare. ¶ Scōo. qz deus talem lapidem extra mundū creatū pōt mouere motu recto: ⁊ facere euꝫ distare plus ab vltimo celo eē prius: sed nō potest talia fa cere nisi per spacium. ¶ Tertio deus extra mundum pos set creare duos lapides quorum vnus esset extra alterum. ergo videꝯ ꝙ de facto extra mundum sit extra. sed extra ē differentia loci vel spaciꝭ: ergo videtur ꝙ extra munduꝫ sit spaciuꝫ. ¶ Confirmatur. qz si tales lapides non essent sibi inuicem imediati. sicut deus posset eos creare: tunc vnus videretur distare ab alio. ⁊ per ꝙsequens extra celū vide/retur esse distantia per quaꝫ tales lapides creati distarent. ¶ Quarto. nā ponaꝯ ꝙ deus extra hūc mundum formet duos alios mūdos ⁊ illi tres mūdi ꝓtingerēt se sicut spere imaginant se ꝓtingere: videꝯ ꝙ iter illos tres mundos ⁊ pūcta in qbus ꝓtingerent se esset spaciū mediū. ⁊ distantia media. alr. n. tāgerēt se sm supficies ⁊ nō scōm pūcta. qđ est falsum. ¶ Quinto. nō minus ꝓcedēdū est spaciū extra celū eē iter orbē lune esset ꝓcedēdū si oīa corpora ifra ꝓca/nuꝫ orbis lune existentia essent ānihilata: sz tali ānihilatiōe sc̄ā adhuc iter latera celi esset spaciū. ꝓbaꝯ. qz adhuc late/ra orbis lune distarēt sicut nunc posito ꝙ orbis lune rema/neret in sua eē titate ⁊ figura. vnde nō oporteret propter talē annihilationem latera celi sibi inuicem esse ꝓxima quem admodum bene accidit de lateribus vesice expulso aere. ¶ Et ꝓfirmaꝯ. tali ānihilatione fcā deus de nouo pōt crea re vnū lapidē ifra latera celi q plus distaret ab vno polo eē ab alio: immo pōt illum lapidem mouere ab vno polo ad alium: ista aūt non possunt saluari nisi inter latera celi rema neret distātia. ¶ Sexto. vbi nō ē corpus. sed pōt esse. ibi ē vacuum. sed extra mundum non est corpus cū mūdus sit vniuersitas entiū. sed pōt ibi esse. qz deus posset ibi creare corpus de nouo. ergo videꝯ ꝙ extra mundum sit vacuuꝫ infinitum. cū non appareat ad eē tuꝫ illud ꝑcise deberet ter minari. ¶ Septimo. videtur ꝙ vtiqz extra munduꝫ sit ali quid. qz dicit Aristo. in littera extra mundum esse entia in/alterabilia optimā vitā ducentia. ¶ De isto articulo sit pa ma ꝓcō. extra mundū non est corpus. ꝓbaꝯ sic. oē corpus vel mundus est vel pars mundi. imo oē ens ⁊ nō solum corpus cū mūdus sit vniuersitas entiū. sz nec mundus nec pars mūdi est extra mūduꝫ. ergo ⁊c. ¶ Scōo si extra mū duꝫ esset corpus vel hoc esset simpler vel mirtū cū omne corpus sit tale. si dicaꝯ ꝙ sit simpler cū nō sint nisi qnqz cor poza simplicia sm spēm. oporteret ꝙ illud corpus esset ali cuius spēi de istis quinqz. ⁊ sic oporteret ꝙ vel esset natu re celestis vel nature elementoꝝ. si nature celestis esset ꝑs mundi. ⁊ sic non esset extra mundū. si nature elis adhuc esset ꝑs mūdi. ⁊ sic nō esset extra mundū. si aūt esset mirtū adhuc esset pars mundi. ⁊ sic non esset extra mūdū. vnde oē corpus siue sit simpler siue mirtū ē pars mūdi. ¶ Ter tio si extra mundū esset corpꝰ vel hoc esset ibi naturaliꝫ vel violente. si esset ibi naturaliꝫ hoc nō pōt dici. qz oē corpus siue simpler siue mirtū hz alibi eē extra mūdū locū suum naturalē. ⁊ cū vnius corporis sm spēm non sint plura loca naturalia sm spēz segē ꝙ tale corpus nō esset ibi naturaliꝫ. nec pōt dici ꝙ violēte. qz tūc ille locus esset alicui alteri cor pori nālis. qđ ē ipossibile. qz neqz esset nālis simplici neqz mixto. ¶ Scōa ꝓcō. extra mūdū nō pōt esse naturaliꝫ ali qđ corpus. ꝓbaꝯ. qz nec pōt ibi esse naturaliꝫ corpus sim/pler nec corpus mirtū. qz tale nec pōt ibi esse naturaliꝫ nec violente sicut iam ꝓbaꝯ. ¶ Tertia ꝓcō. extra mundū nec est nec pōt esse naturaliꝫ aliqs locus. ꝓbaꝯ. nā si sit talis lo/cus esset alicui corpori naturalis ⁊ alicui alteri violētus. qđ est falsum. sicut pz ex iam probatis. ¶ Quarta conclusio. extra mundum nec est nec pōt esse vacuū. ꝓbaꝯ. nā vacu/um dicitur vbi non est corpus: sed pōt esse. modo licet ex tra celum non sit corpus cum hoc eē non pōt ibi esse corpꝰ ⁊ per consequens non est ibi vacuū nec pōt esse. vnde hic terminus vacuum cum sit terminus priuatiuus non signi/ficat solum carentiā corporis alicubi sed cū hoc ꝺnotat apti tudinem essendi corpus ibidem. ¶ Quinta ꝓclusio. nec ex tra mundum pōt naturaliꝫ esse motus. probatur. vbi non pōt naturaliter esse corpus nec potest esse locus ibi nō po/test esse motus. sed extra celū non possunt esse ß. ergo ⁊c. maio: est nō. ex hoc ꝙ ad omnem motum requiritur cor/pus. minor patet ex dictis. ¶ Sexta conclusio. extra mun duꝫ non potest esse tempus. probatur. vbi non potest esse motus ibi non potest eē tempus. sed extra mundum non potest eē motus per precedentes conclusionem. igitur nec tempus. maior pz. ex hoc ꝙ tempus est idem cuꝫ motu. quarto phyſicoꝝ. ¶ Septima ꝓclusio. deus ⁊ intelligētie nec sunt extra mundū nec sunt in mundo circūscriptiue pz ex eo. qz huiusmodi carent situ ⁊ magnitudine. ¶ Octaua conclusio. deus ⁊ intelligentie sunt extra mundū priuatiue

idest non habent situm in mundo. patet per precedentem conclusionem. cū quo bene stat ꝙ deus ⁊ intelligentie sunt pars mundi licet non habeant situm in mundo. ¶ Ex omnibus his concluditur hoc quod Aristoteles dicit in primo huius. ꝙ extra mundum nec est corpus: nec est locus: nec est vacuum: nec est motus: nec est tempus: sed extra mundum sunt entia maltersabilia optimam vitam ducentia: exponendo ly extra priuatiue scōm intellectum precedentis conclusionis. ¶ Nona conclusio. ad saluandum ꝙ deus supernaturaliter extra mundum posset creare vnum lapidez vel duos: vel vnum alium mundum vel plures non oportet ponere ꝙ de facto extra mundum sit spacium vel vacuum vel distantia vel aliqō tale. ꝓbaē. nā si extra mundum de facto esset aliqō tale deus posset illud annihilare ⁊ non minus illo annihilato posset creare extra mundum illa que vellet sicut modo. igiē modo ponere extra mundū tale spacium vel talem distantiam propter creationem alicuius extra mundum possibilem supernaturaliter videtur esse frustra omnino: q: ꝝsimiles fierent difficultates tali spacio annihilato que fiunt modo. Etiaz bene verisimile apparet ꝙ deus non velit facere aliquid extra istum mundum: nec ēt alium mundum extra istuz. q: si plures creaturas mundanas voluisset fecisse potuisset istum mundum in duplo vel in triplo maiorem fecisse: ⁊ sic propter creationem aliquoz de nouo non oportuisset ipm dimisisse extra istū mundum alīqō spaciū. ¶ Decima ꝯclusio est. si oia infra orbez lune essent annihilata. celo remanente in sua figura ⁊ ēntitate nihil ēt inter latera celi. ꝓz de se. nam si aliqd ēt inter latera celi non oia eēnt annihilata inter latera celi. quod est contra hyppotesim. ¶ Undecima ꝯclusio. tunc oēs iste eēnt negā de. vacuum est inter latera celi. distantia est inter latera celi ⁊ ꝝsimiles. ꝓz q: eēnt affirmatiue quaruz subiecta pro nullo supponerent. ¶ Duodecima conclusio. adhuc vnus polus distaret ab alio distātia curua. patet q: talis distātia curua puta medietas celi esset inter eos. ¶ Tredecima cōclusio. tali casu posito poli mundi ⁊ similiter latera celi non distarent distantia recta. probatur. nam tunc si fiat lineam rectaz inter ea eēt distantia non omnia eēnt annihilata inter orbem lune: quod est contra hyppothesim. ¶ Sed diceres si in dicto casu non distarent distantia recta: ergo tangerent se. negatur consequentia. nam plus ad tactuz requiritur. s. ꝙ vnum sit protensum vsqz ad aliud: sed hoc deficeret in dicto casu. ¶ Adhuc diceres si non distarent saltem eēnt imediata propter hoc ꝙ aliqua dicuntur imediata propter priuationem medij inter ea. modo in dicto casu inter ea nō eēt medium. ¶ Respondetur ꝙ si ly imediate exponitur ꝓprie. s. negatiue solum. sic ꝙ illa dicantur imediata inter que non est medium. ⁊ ꝙ hoc sufficiat: bene ꝓcederez ꝙ eēnt imediata. nec propter hoc oporteret ꝙ eēnt ꝓxima. sed si ly imediate exponaē ꝓprie. ⁊ affirmatiue. s. sic ꝙ talia sint coniuncta scōm superficies eoruz extremas. ⁊ inter ea non interciperetur medium tunc nego. ꝙ in isto casu latera celi eēnt imediata: q: licet inter ea non intercipere tur medium non tamen propter hoc sunt coniuncta: ⁊ ꝓxima scōm superficies eorum extremas. nec vnum eoruz eēt protensum: vsqz ad aliud: nec contingerent se: qō tamē requiriē ad aliqua eē ꝓxima: ⁊ coniuncta: ⁊ eē imediata dicto modo. ¶ Jurta istam imaginationez dico. ꝙ si deus crearet inter latera celi vnam fabam omnibus alijs prius sic annihilatis inter latera celi potest illa faba moueri absqz hoc ꝙ fieret ꝓpiquior vel remotior a lateribus celi. ¶ Sz diceres quo motu vel locali vel alterationis vel augmentationis. ⁊ cetera. Dico ꝙ vno motu: qui nō eēt alterationis nec augmentationis nec localis: licet eēt eiusdem speciei cū motu locali: ⁊ hoc si per motum localem intelligimus motum. quo aliquid mutat locum verum. ⁊ non solum imaginatum vel imaginabilem. vnde dico ꝙ talis motus fabe non eēt localis. sic accipiendo motum localem. ⁊ tamen eēt eiusdem speciei cum eo recte. sicut sortes licet non haberet albedinem tamen bene adhuc eēt eiusdem speciei cuz platone albo. ita ꝙ sicut album est quoddam predicatum non pertinens ad substantiam sortis vel platonis. sic dico ꝙ ly localem est quoddam non pertinens ad substantiā motus qui dicitur localis vel motus eiusdem speciei: cuz motu locali: hoc non obstante dico. ꝙ adhuc non sunt nisi tria genera motuuz sci icet augmentationis ⁊ diminutionis computando ambos ꝓ vno. ⁊ motus alterationis. ⁊ motus qui dicitur localis denominatione accidentali ⁊ extrinseca si secundum ipsum mobile mutat locum verum. sed non diceretur localis: si mobile secundum ipsum non mutaret locum. ¶ Jurta idem dico ꝙ vltima spera nunquam mouetur motu locali: nisi tunc largus vellemus capere motum localem: scilicet quo aliquid mutat locum verum vel imaginatum vel imaginabilem. sed vltima spera bene mouetur motu eiusdem speciei cum motu locali. ¶ Jurta dictam imaginationem vlterius possumus imaginari. ꝙ sicut deus posset omnia infra latera celi ānihilare absqz hoc ꝙ latera celi se tangerent sic in aliquo paruo loco. vt in grano milij ipse potest ponere vnum corpus. ita magnum sicut totalis mundus absque aliqua condempsatione vel rarefactione vel corporum penetratione. vnde ita imaginandum est de corpore christi in hostia parua. nam in illa parua hostia corpus christi est ita magnuz sine condempsatione. ⁊ penetratione quacunqz sicut erat ꝓ nobis peccatoribus suspensum in cruce. ¶ Jurta idem possumus imaginari ꝙ in tali paruo grano milij posset creari vnum spacium centum vel mille leucarum. vel quotquot volumus. Et consequenter imaginanduz est ꝙ aliquis homo in vno grano milij posset ambulare per mille leucas de vno extremo antequam perueniret ad aliud. ⁊ plura alia similia inxta hoc essent concedenda.

Ad rationes ad primam. mundus occupat totum. potest hic dici ꝙ mundus non occupat aliud spacium a se. ⁊ ideo sicut non occupat seipsum ita non occupat aliud spacium. Uel aliter dicatur sicut prius dicebatur quando dicitur infinituz est quod totum occupat verum est ꝙ totum occupat spacium verum ⁊ imaginabile. sed hoc nego de mundo. ¶ Ad secundam. nisi mundus esset magnitudo infinita extra munduz esset spacium infinitum. nego consequentiam. q: nec propter hoc esset extra mundum spacium finitum nec infinitum. Ulterius gratia materie argumenti dico ꝙ extra mūdum deus posset creare bene spacium finitum. tātum quātum sibi placeret absqz hoc ꝙ illud spacium esset infinituz. ¶ Ad tertiam si mundus esset magnitudo finita tunc aliquis existens in superficie vltimi celi posset extendere brachium suum. nego. ⁊ cum dicebatur nullum esset impedimentum resistens vltra mundum. placet mihi. sed vlterius dico ꝙ hoc non obstante non posset propter defectum receptaculi sicut loci vel spacij in quo brachium recipere tur brachium suum extendere. ¶ Ad confirmationem si extra celum non esset locus vel spacium vltima spera non moueretur localiter. concedo. cuz quo tamen bene stat ꝙ mouetur motu eiusdem speciei cuz motu locali. ⁊ de hoc dicebatur in corpore questionis. ¶ Deinde erant ibi facte alie rationes. iurta secundum articulum questionis. quib⁹ etiam probabatur ꝙ extra mundum esset spacium. que ēt restant soluende. ¶ Ad primam. extra munduz deus posset creare vnum lapidem. placet mihi. sed vlterius dico ꝙ talis lapis non esset in aliquo spacio neqz diuisibili neqz indiuisibili. q: non eēt in loco aliquo sicut nec totalis mūdus. bene tamen concedo ꝙ quādo crearetur lapis extra mundum etiam crearetur spacium extra mundum. ⁊ illud spacium non esset aliud ꝯ ille lapis creatus. ¶ Ad secundaz. deus potest illum lapidem creatum extra mundum mouere elongando ipsum a celo. dico ꝙ verum est. sed hoc non potest esse nisi etiam crearet spacium in quo moueretur. ⁊ per quod haberet certum situm ad centrum vel celum. ⁊ ad partes celi. sed postquam deus absolueret illuz lapidem a determinato situ ad celuz ipse nec esse prope celum nec longe a celo. ⁊ de hoc etiam dicebatur in corpore questionis. ¶ Ad tertiam deus potest extra mundum duos lapides creare quorum vnus esset extra aliuz concedo accipiendo ly extra negatiue ad istum sensum ꝙ vnus non

esset in alio. sicut nec vna intelligentia est in alia: sed vlterius dico q̄ non potest facere vnum eorum extra alium positiue. nisi concrearet eis spacium vel distantiaz per quod vel quam vnus eorum esset extra alium. ⁊ vlterius dico q̄ extra negatiue acceptuz non est differentia loci vel spacij. sed bene extra positiue ⁊ affirmatiue acceptum. ¶ Ad quartā ex eodem fundamento dicatur. ¶ Ad quintaz dico. q̄ solutur ex his que dicebantur in secundo articulo. ¶ Ad sextam vbi non est corpus sed potest esse ibi est vacuuz. breuiter illud potest negari. q⁹ vacuuz non debet imaginari tā q̄ dimensio separata. sed tanq̄ corpus non locās qđ aptū natum est locare. ⁊ q⁹ extra mundum non est tale corpus. sequitur q̄ nec est ibi vacuuz. ¶ Iuxta istud dico. q̄ si omnia infra orbem lune essent annihilata non propter hoc iter latera celi esset vacuum. licet bene concederez q̄ orbis lune esset vacuus: ⁊ iuxta hoc esset concedendum q̄ vacuuz esset vna bona res puta celuz. ¶ Sed diceres cōmuniter dicitur q̄ vacuum nihil est: concedo. q⁹ nullum est corpus quod aptum natum sit locare quin de facto locet. ⁊ ita hoc debet intelligi. ⁊ non aliter. ⁊ istud concordat dictis Aristotelis. in quarto physicorum. q⁹ ipse vocat locū non dimensionem separatam non occupatam corpore: sed corpus locans secundum vltimam eius superficiem. Sic etiam secundum hoc non debemus vocare vacuum dimensionez separatam: vel imaginatam nullo corpore occupatam. sed debemus vocare vacuū corpus: quod non locat. sed aptū natum est locare. ⁊ ideo dicit Aristoteles quarto physicorum. describens vacuum q̄ sit locus non repletus corpore. ¶ Ad septimam extra mundum sunt entia inalterabilia ⁊c. quid sit dicendum ad hoc etiam patet ex quibusdaz conclusionibus positis iuxta secunduz articulum. ⁊ hoc de questione sufficiat.

¶ Ad medū itaq̄ q̄ huc si ferꝛ terra ide hic ferꝛetur illuc secūduz naturā: ⁊ si manet hic inde non violēcia: ⁊ ferꝛet secundum naturā huc vna enim secundū naturam ⁊c. Textu ꝓmēti septua gesimi septimi.

Questio xii.

Onum est iuxta ordinem Aristotelis ꝓcedere. ⁊ querere modo circa tertiā materiam principalem quaz pertractat Aristo. in primo huius. s. iuxta finitatem mundi in multitudine. circa quam duo sunt. inquirenda. ¶ Primum est vtrum supposito q̄ essent plures mundi terra vnius mundi moueretur ad medū alterius mundi. secundum est. vtruz sint vel possint esse plures mundi. ¶ De primo arguitur q̄ non. Nam si deus ad istuz mundum faceret vnū aliū non propter hoc terra vnius mundi haberet aliā inclinationē quā habet. sed tam non moueꝛet vel non inclinatur moueri alicubi nisi ad medū huius mūdi. ergo neq̄ tunc. assumptū patet. ex eo q̄ exquo terra est vnū corpus simplex habet vnicā inclinationē: scilicet ad vnū locū ⁊ non ad diuersa. s. secundū speciē. ¶ Secundo. si sic vel hoc eēt naturaliter vel violenter. non naturaliter nā terra istius mundi non posset moueri ad medū alteri⁹ mūdi nisi ascenderet in isto mūdo. sicut ꝓz intuenti. modo ascēdere non cōpetit naturaliter ipsi terre scōm naturā eius ꝓpriā. sed violenter. Si aūt dicaꝛ q̄ terra huius mundi moueꝛet violenter ad medū alterius mundi tunc non oporꝛet: nec esset necessariū si plures essent mundi q̄ terra huius mundi moueꝛet ad medū alterius mūdi postq̄ esset violentū. ⁊ haberet ꝓpositū. Et etiā. q⁹ hoc ē contra Aristotelē in littera qui dicit q̄ naturaliter terra vnius mundi moueꝛet ad terrā alterius mundi. Et ex alio. q⁹ si terra istius mundi moueꝛet ad medū alterius mundi quando veniꝛet ad aliū mundū descenderet ad medū alterius mundi: modo descendere conuenit terre naturaliter. ⁊ non violenter. ¶ Tertio si esset alius mundus ignis vnius mundi nō moueretur ad ignē alterius mundi. igitur nec terra ad terrā. consequentia tenet a simili. antecedens patet. nā hoc nō posset eē nisi ignis vnius mundi fieret centro alterius mundi ꝓpinquioꝛ. ⁊ sic ille ignis descenderet: quod non conuenit naturaliter igni. consequentia tenet. ex hoc q̄ centro fieri ꝓpinquius est descendere. sed q̄ ignis non naturaliter descendat ꝓz. q⁹ ex quo naturaliter ascendit eidē simpliciter conuenirent plures motus scōm speciē. ⁊ hoc naturaliter. cuius oppositū est prius probatū. ¶ Quarto. si essent plures mundi illi essent eiusdē rationis. igitur sicut terra in isto mundo quiesceꝛet in medio huius mundi naturaliter. ita terra alterius mundi quiesceꝛet in medio alterius mūdi naturaliter. ⁊ sic vna non tenderet ad aliā. sed ad medium sui mundi ꝛ̄ esset extra ipsum. q⁹ tenderet ad mediū sibi ꝓpinquius. sed si contingeret q̄ equaliter ab vtroq̄ distaret quiesceꝛet inter ābo sicut ferrū inter duos adamātes equaliter trahentes. ¶ Quinto. nā terra vnius mundi non posset moueri ad terrā alterius mundi nisi diuideretur celum huius mundi ⁊ etiā celum alterius mundi. modo hoc est ipossibile postq̄ celum est indissolubile. ¶ Sexto. adhuc supposito q̄ diuideretur celuz non posset moueri vsq̄ ibi nisi transiret vacuum interceptū inter illos duos mundos qui postq̄ non possent se tangere ꝑm superficiem postq̄ essent sperici inter eos interciperetur vacuum. modo corpus simplex quale est terra non posset moueri in vacuo sicut patet. quarto physicorum. igitur ⁊c.

Oppositum determiat Aristo. In ista qōne primo ponende sunt. quattuoꝛ ꝯclusiōes ꝓabulare. secūdo respōdendū est ad questū.

Prima est omnia grauia naturaliter mouentur ad suū locū naturalē. s. deoꝛsuz. ⁊ leuia ad sursuz. s. sursuz si non fuerit ipedimentū. probatur ex hoc q̄ quanto aliquid est grauius tanto ceteris paribus descendit velocius. igitur non violenter. sed naturaliter. antecedens patet ad experientiā. consequentia tenet. q⁹ si hoc non esset naturaliter ꝛ̄ violenter tūc grauitas resisteret ⁊ maioꝛ grauitas magis resisteret. ⁊ per consequens tardius moueretur. Ex ista ꝯclusione ꝓz falsitas duaꝝ opinionuz de motu terre ad medū. Una dicit q̄ terra in principio mundi fuit ꝓpe celū. ⁊ qñ celū icepit moueri violenter tali modo motus pulsa erat ad medū. ⁊ sic adhuc fieret qñ aliq̄ graue esset positū sursuz sicut terra vel aliq̄ tale. violenter motu celi pelleꝛet ad medū recte. sicut qñ ponit aliqua faba vel aliq̄ tale in aliquā scutellā ⁊ velociter circūuoluit illa scutella faba ꝓpter motū scutelle pellit ad medū. ¶ Erat secunda opinio q̄ terra moueretur ad medū quando eēt extra ipsum motu tractus. imaginabatur. n. q̄ centruz mūdi traheret sibi terrā ⁊ similiter alia grauia ⁊ sic ambe iste opiniones imaginātur grauia moueri ad medū motibus violentis. vna quidē dixit q̄ hoc fieret motu pulsus. alia motu tractus. isti aūt motus sunt violenti. ¶ Contra istas opiniones est conclusio nostra. Contra tā cuius probationē dubitatur. nā si valeret argueretur consimili forma. graniora mouentur velocius sursum q̄ leniora. igitur motus graniū sursuz est naturalis. antecedens patet. de plūbo quod velocius proiscitur sursuz q̄ pluma. vnde si consequentia ad conclusionē facta valeret. ⁊ ista valere videtur. ¶ Respondetur. q̄ ista instantia non valet. nā dicebatur in ratione facta ad conclusionē vniuersaliter. quanto aliquid ē grauius. tanto velocius descendit. modo quamuis grauius velocius ꝓiscꝛatur sursum. tamen falsum est q̄ quanto aliquid est grauius tanto velocius moueatur sursum. immo aliquod posset esse ita graue q̄ non posset ꝓisci sursum. sed nihil potest esse ita graue. quin aptum natuz sit descendere imo quanto grauius tanto velocius. Hic incidenter possumus notare causam quare plumbuz remotius proiscitur q̄ pluma. ⁊ hoc a proiciente sibi commensurato. cuius causa est. nam illud quod est grauius est receptiuum pluris virtutis a proiciente. ⁊ est diutius retentiuum illius virtutis ꝓpter pluralitatem materie q̄ vnum leue sicut pluma vel aliquod tale. ⁊ ita meditante illa virtute recepta ⁊ retenta velocius. ⁊ remotius proiscitur. ¶ Secundo arguitur ad conclusionē sic. grauia in descendendo mouentur velocius in fine q̄ in principio. ⁊ similiter leuia in

ascendendo. ideo tales motus talibus corporibus sunt naturales ⁊ non violenti. antecedens patet ad experientiam. consequentia probatur. qz proprium est motibus naturalibus saltem in medijs vniformibus in fine intendi: ⁊ motibus violentis in fine remitti. nam in motibus violentis virtus motiua fatigatur ⁊ debilitatur cõtinue. ⁊ sic in fine mouet tardius: qualiter non ẽ in motibus naturalibus. ¶ Tertio arguitur ad conclusionem. si grauia non mouerentur naturaliter deorsuz: sed violenter: sequeretur ꝙ mouerentur naturaliter sursum. modo hoc est falsum. consequentia patet ex hoc ꝙ cui aliquis motus est violentus: est ei oppositus naturalis. ⁊ hoc si sunt motus simplices. ¶ Sed dicetes contra. naz sequitur ꝙ si terra moueretur violenter ad sinistrum moueretur naturaliter ad dextrum. postquã motus ad sinistrum ⁊ motus ad dextrum sunt motus contrarij. ¶ Respondetur ꝙ non est simile. qz motus sursum ⁊ motus deorsuz sunt motus contrarij simplices: motus autem ad dextrum ⁊ motus ad sinistrum sunt motus contrarij mixti. modo illud quod dicebatur intelligiẽ de motibus contrarijs simplicibus ⁊ non mixtis. ¶ Secunda cõclusio si esset alter mundus terra istius mundi esset eiusdem speciei specialissime cuz terra alterius mundi. ⁊ sic de alijs corporibus simplicibus ex quibus vterqz componeretur. patet hoc primo. qz aliter hoc nomen mũdus diceretur equiuoce de isto mundo ⁊ de illo. modo hoc videꝫ esse falsuz. ¶ Secundo. qz operationes talium corporum essent consimiles sicut calefacere exiccare. ⁊ huiusmodi. ¶ Tertio. qz eis deberentur idem motus in specie corporum simplicium qui non sunt nisi tres sicut prius dicebatur. ¶ Quarto. qz vel isti duo mundi dependerent ab eodẽ primo principio. vel diuersis consimilibus tñ ⁊ eiusdẽ speciei: vel a diuersis diuersarum specierum. istud pz per sufficientez diuisionẽ. Si dicatur primũ. tunc isti mũdi deberent esse oino ꝓsimiles. pz hoc. qz causa eadẽ ⁊ nullo modo diuersificata nõ dz causare dissimiles effectus. consimili modo est dicendum si illi duo mũdi sint a duobus principijs eiusdẽ speciei. qz cause ꝓsimiles debent cãre ꝓsimiles effectus. si vero isti mundi sint a principijs diuersarum rationũ seu speciez. tũc vnũ istoz principioz ẽ altero melius ⁊ perfectius: ⁊ sic naturaliter prius. ergo alterum principium ab ipso dependeret ⁊ etiã mundus suus qz omnia essent adinuicez ordinata ⁊ ad vnũ prin^{m}. ¶ Tertia conclusio. corpus quod naturaliter inclinatur ad aliquẽ locũ: inclinat ad illũ ad quancunqz distãtiã. pz hoc. qz in quacunqz distãtia ipso manente obtinet suam formã que est cã talis inclinationis naturalis. modo posita cã ponitur effectus. Idez pz ex alio. qz terra posita magis sursum ita bene inclinatur ad locũ suũ naturalẽ sicut terra posita minus sursuz. ¶ Sed contra d iceret aliquis. terra in loco suo non est grauis. ergo in loco suo non videtur habere talem inclinationem. dico quod imo. qz in loco suo habet inclinationem ad manendum ibi: ⁊ extra locum suũ habet inclinationem ad mouendum se ad locum suũ naturalẽ: ⁊ ita proportionaliter dicatur de alijs elementis. ẽt falsum est ꝙ terra in loco suo non sit grauis. vnde si extra locum suũ est grauis ⁊ cũ venit ad locũ suuz nõ perdit illam grauitatẽ sequitur ꝙ in loco suo est sic grauis sicut extra. verum est tamen ꝙ illa grauitas extra locũ naturalem habet vnũ officiũ: ⁊ in loco naturali aliud. cum. n. terra extra locũ suũ fuerit posita sua grauitas inclinat ipsam ad motum ad locum suum: ⁊ cum est in loco suo eadez grauitas inclinat ipsam ad quietẽ. ⁊ ideo in loco suo naturali non ponderat. ⁊ ad istũ itellectũ auctores de ponderibus ꝓcedunt corpora in suis locis naturalibus nõ esse grauia. ¶ Secundo dubitaꝫ. nã adhuc videꝫ ꝙ distantia aliquid faciat. vt si vnus ignis esset in medio mũdi. vna pars moueretꝫ versus vnã partẽ puta versus septẽtrionẽ ⁊ alia versus meridiem versus celũ ad locũ ignis. ⁊ tñ si ille idez ignis esset ex vna parte centri mundi. tunc totalis ille ignis moueretur vel versus vnam partem solum vel versus aliam. ¶ Respondetur ꝙ distantia bene facit ꝙ aliquid inclinatur moueri ꝑm diuersas eius partes per diuersas vias ad suum locum naturalem. sed nunqz distantia faceret quin aliquid inclinaretur ad suũ locũ naturalẽ. ¶ Quarta ꝓclusio. quecunqz grauia eiusdem speciei. ⁊ quecunqz lenia eiusdem speciei tendunt vel inclinant ad eundẽ locũ numero si sunt simplicia. probatur. qz si due terre dimittant cadere ad deorsum videmus ꝙ inclinant ad eundẽ locũ puta deorsum. ⁊ eodez modo. ⁊ per eãdem viã si ponãtur cadere de eodem loco successiue. ¶ Sed ꝓtra. diceret aliquis. diuersa in specie tẽdunt ad diuersa loca in specie. ergo diuersa in numero tendunt ad diuersa loca in numero. ¶ Secundo. nulla inclinatio naturalis est ad ipossibile. sed ipossibile est plura in numero esse in eodem loco in numero naturaliter. ergo naturaliter. non inclinantur corpora distincta in numero ad eundem locum in numero. ¶ Tertio. nam videmus ꝙ vnus ignis ascendit ad locum suum versus septentrionem alius versus meridiem. modo ista sunt diuersa loca in numero. ¶ Ad ista. ad primũ. negatur similitudo. ⁊ ratio ẽ. qz quecunqz simplicia vel similia eiusdem speciei nata sunt facere vnum per continuationem quod quidẽ vnũ habet vnum locũ in numero naturalẽ sui. ⁊ cuiuslibet sue partis. ergo ⁊ quelibet pars ichinatur ad eũdẽ locuz in numero. ¶ Per hoc ad secũdũ dico ꝙ nõ est impossibile plura partialia eẽ in eodem loco sui totius. ⁊ hoc in codẽ loco totali. ¶ Per hoc idem ad tertium dico ꝙ ambo illi ignes mouentur ad eundem locum in numero totalem. qui est concauitas orbis lune. cum quo bene stat ꝙ partes totius habent distincta loca in numero partialia.

Quantum ad scõm pono vnicã ꝓclusionez respondalẽ ad questionẽ. s. ꝙ si esset alter mũdus nõ ꝓcẽtricus huic mũdo terra istius mundi haberet inclinationẽ monẽdi ad medium alterius mũdi ⁊ ecõuerso. licet forte haberet impedimẽtum veniẽdi ibi propter hoc ꝙ celũ nõ est dissolubile secũdũ quod arguebat i principio questionis. probat. oia simplicia eiusdẽ speciei naturaliter inclinãtur ad eũdem locũ i numero per quartã ꝓclusionem. ita ꝙ nulla distãtia talez inclinationẽ posset impedire. per tertiã ꝓclusionẽ. sed terra huiꝰ mũdi ⁊ terra illius eẽnt eiusdẽ speciei. per ꝓclusionẽ secũdam. ⁊ terra huius mũdi naturaliter moueretur ad mediũ huius mũdi. per primã cõclusionẽ. igitur terra illius mũdi moueretur naturaliter ad mediũ huius. Sed qz hoc est ipossibile. qz partratione fieret ecõuerso secũdũ Aristotelẽ. ꝓcluditur ꝙ ipossibile ẽ eẽ plures mũdos nõ ꝓcẽtricos naturaliter. cuz quo bene stat ꝙ deus posset facere plures per suã oipotẽtiã. sed de hoc i sequẽti questiõe latius tractabitur.

Ad rationes Ad primã dico. ꝙ si miraculose fierẽt plures mũdi vnus extra aliũ ecentrici. nõ mirũ ꝙ tũc terra huius mũdi iciperet habere aliã inclinationẽ q̃ ante habuit. etiã dico ꝙ deus bene posset facere. ꝙ obtineret vnicã inclinationẽ. videlicet monẽdi solũ ad mediuz sui mũdi. sed Aristo. breuiter diceret ꝙ hoc nõ potest fieri. ¶ Ad secũdã ⁊ ad omnes sequẽtes dico ꝓcedẽdo omnia ꝓsequẽtia illata ex ꝓcessiõe si miraculose fierẽt plures mũdi ecẽtrici. sed ꝑm Arist. ꝓcedẽde eẽnt ꝓsequẽtie. ⁊ qz ꝓsequẽtia secũdum ipsuz essent ipossibilia. antecedẽs ꝑm ipsum reputatur impossibile. s. esse plures mũdos. ad quod secũdum ipsum ꝓcederetur sequi quod libet. iuxta illam regulam. ad ipossibile potest sequi quodlibet. ⁊ sic est finis questionis.

¶ Qõ autez non solum vnus est: sed ⁊ impossibile fieri plures. Adhuc autem ꝙ sempiternus ⁊ icorruptibilis existẽs ⁊ igenitus dicimus: ⁊c. Textu cõmenti nonagesimi secundi.

Questio. xiii.

Secundum ipositorũ erat vtrũ sint vel possint eẽ plures mũdi. pbaꝫ ꝙ sic. qz hic terminus mũdus ẽ terminus cõis. igitur vel actu vel potentia habet plura supposita. ⁊ per consequens vel actu sunt vel potentia possunt esse plures mundi. antecedens

patet. per omnes cōsequentia probatur. per hoc ꝙ terminus cōmunis dicit qui predicabilis ē de pluribus. ¶ Secundo melius est bonum ⁊ perfectum multiplicari q̄ non multiplicari. sed mundus est quoddam bonum ⁊ perfectum sicut prius dicebatur. ergo melius ē esse plures mundos q̄ vnum. ⁊ q; hoc ē possibile apud deum. ⁊ cum deus faciat de possibilibus quod melius ē: sequit ꝙ sunt plures mundi. ¶ Tertio mundus pōt generare aliū mundū sibi similē: ergo possunt esse plures mundi. ꝓsequētia tz. antecedens probat. q; mundus ē quoddā perfectū. ⁊ non oratū. tale aūt scdo de aīa. pōt generare sibi simile: cū generare arguat pfectionē. ¶ Quarto videt ꝙ saltē possunt eē plures successiue: quia iam sunt alia mixta in numero. Et similiter alia elementa q̄ erant sunt centū ānī. ⁊ illa sunt parses mundi. quibus non manentibus eisdem videtur etiaz ꝙ mundus non maneat idem ⁊ sic videtur ꝙ saltē possint esse plures mundi successiue.

Oppositum vult Aristoteles. In ista questione primo ponam distinctiones. secundo conclusiones.

Prima distinctio ē. ꝙ esse plures mundos possumus imaginari dupliciter. s. simul vel successiue: sicut dicimus ꝙ possunt eē plures phenices quarū vna succedit ad aliā. ¶ Secunda distinctio. plures eē mundos simul possum⁹ imaginari vel ꝙ eēnt cōcentrici: vel ꝙ eēnt ecentrici. ocentrici quidē sicut si super vltimū celū nostri mundi imaginamur vnū orbē terreū: ⁊ vltra illū vnuz orbē aqueū: ⁊ vltra illū vnū orbē aereū: ⁊ vltra illū vnum orbē igneū. ⁊ vltra illū orbes celestes ꝓsimiles orbibus celestibus nostri mundi. vel si imaginaremur nostraz terram vnū orbē: infra quē esset aggregatū ex orbibus celestibus ptiguū ocauitati orbis terre nostre: infra quod aggregatuz ex orbibus superceleſtibus imaginemur quatuor elementa sicut in nostro mundo. ⁊ sic possumus imaginari infinitos mūdos ocentricos ⁊ ascendēdo ⁊ descendēdo. ¶ Similiter possum⁹ imaginari plures mundos ecentricos: vel ꝙ vnus totaliter sit extra aliū. ⁊ hoc ꝙ contingant se quemadmodum plures globi positi in vno sacco: vel quod non ptingant se: sed sint separati abinuicem. vel sic ꝙ vnus non sit extra aliū. sed ꝙ in aliqua parte nostri mūdi sit alter mūdus: sicut si in luna imaginaremur vnum alium mundum vel in sole. ⁊ sic de alijs stellis.

Tunc sit prima conclusio. si essent plures mundi concentrici non oporteret ꝙ terra vnius mundi moueretur ad terram alterius mundi. probatur. q; cuiuslibet mundi terra quiesceret naturaliter. propter hoc ꝙ omnium illaruz terrarum vnum esset centrum seu medium. Unde imaginanduz est ꝙ si terra esset concaua ⁊ ī medio ocauitatis eēt mediū mundi ita quiesceret naturaliter sicut modo. Ex quo ocluditur ꝙ contra pluralitatem mundox ocentricox nō valet ratio Aristo. qua arguit ꝙ nec sunt nec possunt esse plures mundi propter hoc ꝙ terra vnius moueretur naturaliter ad mediū alterius. licet illa ratio bene probet istā conclusionē q̄ potest eē secunda conclusio. huius questionis. ipossibile ē eē plures mūdos ecentricos. ⁊ hoc naturaliter. ¶ Tertia conclusio. ipossibile ē naturaliter ꝙ sint plures mundi successiue vnus post aliuz. probatur nā si sic tunc iste mundus eēt corruptibilis secundum se totū. ⁊ tunc ēt celū eēt corruptibile cuius oppositum postea ostēdetur. verūtamen antiqui bene dixerunt mundum non corrumpi totaliter sed aliquando fieri deordinationē entium ⁊ reuerti ois in quoddā chaos confusum. ⁊ quando iterum entia ordinarentur debite dicebant iterum eē alium mundum. ⁊ istam deordinationem ⁊ ordinationez dicebant fieri per litem ⁊ amicitiam. sed istud non valet q; per talem deordinationem mundus non corrumpitur ex eo ꝙ deordinatio ē vnum predicatum accidentale. ⁊ ideo pōt verificari affirmatiue ⁊ negatiue successiue ō aliquibus sine hoc ꝙ illa entia corrūpantur. ¶ Et si dicatur quando entia sunt deordinata tunc non dicuntur mundus sed quando sunt ordinata tunc dicuntur mundus. ¶ Sed breuiter hoc nō valet. naz tunc hoc nomen mundus eēt nomen connotatiuū.

¶ Quarta ocluſio. ipossibile ē aliquo modo eē plures mūdos. probatur. ipossibile ē eē plures primos motores. ergo ipossibile ē eē plures mūdos naturaliter siue ecentricos siue ocentricos. ꝓsequentia tenet. q; si eēnt plures mundi: in quolibet eēt vnū primū celuz. ⁊ ēt vnus primus motor. antecedens ocludit Aristo. 12. metaphysice in fine vbi dicit. mala autē ē pluralitas principuz. vnus ergo princeps. ¶ Sed aliquis diceret ꝙ non oporteret propter hoc esse plures principes omnium illorum mundorum: q; in quolibet eēt vnus motor monens propter illum primum tanq̄ propter finez. hoc remouet cōmentator. ⁊ dicit ꝙ hoc non valet. eo ꝙ primus motor mouet propter se. ⁊ hoc probatur sufficienter in. 12. metaphysice. ⁊ ideo non valeret dicere tales primos motores mouere propter vnum aliuz motorem. ¶ Secundo arguitur ad idē ratione Aristo. q; iste mundus ꝓstat ex omni materia pertinēte ad formā mūdi. ergo non eēt materia ex qua posset eē. vel fieri alter mundus. ꝓsequētia tenet. antecedēs probatur. q; iste mundus continet omnia corpora simplicia que non sunt nisi quinq̄ fm speciem sicut prius dicebatur. que quidez corpora simplicia cum alijs corporibus hic in isto mundo existentibus dicuntur materia mundi. ¶ Ultima conclusio. que stat cū precedentibus ꝙ est possibile supernaturaliter esse plures mundos tam simul q̄ successiue. tam ecentricos q̄ concentricos sicut deo placeret.

Ad rationes ad primam dico ꝙ non solum iste terminus mundus. imo ēt iste terminus deus ⁊ ille termin⁹ sol sunt termini cōes. nō q; de facto supponant pro pluribus. nec q; possint eē plures res pro quibus supponant. sed q; non repugnat talib⁹ terminis ex forma ⁊ modo suorum impositionum supponere pro pluribus licet ex parte rerum significatarum repugnet. ¶ Ad secundā quando dicebatur melius eēt eē plures mundos. dico ꝙ non. sed diceres semper maior multitudo bonorum ē melior. illud ē falsum. q; tunc melius eēt eē plures deos q̄ vnum. quod tamen ē falsum. q; hoc ē impossibile. ergo non ē melius. vnde quando per multitudinē bonorū tolleretur ordo vniuersi nō eēt melius eē plura bona q̄ vnum qualiter fieret in proposito. ¶ Ad tertiaz nego antecedens. ⁊ quando dicit generare sibi simile arguit pfectionē. vex ē inter que non possunt pmanere fm indiuiduū. sed inter incorruptibilia hoc argueret impfectionez. ¶ Ad quartā dico ꝙ illa bene probat ꝙ plures possunt eē mundi successiue diuersi abinuicez partialiter. ⁊ hoc bene ocedit. cum hoc tamen stat ꝙ non possunt eē plures mundi successiue diuersi abinuicem totaliter.

¶ Si itaq; aliquid pōt moueri stadia cētuz: aut leuare pondus semp ad plurimū dicimus puta talēta leuare centū: aut stadia ire cētū ⁊c. Textu cōmēti cētesimidecimisexti Questio xiiii.

Nunc expedit iuxta ordinem Aristo. tractare vtrum mundus sit generabilis ⁊ corruptibilis vel ingenerabilis ⁊ incorruptibilis. postq̄ ostensuz ē ꝙ mūdus ē magnitudo pfecta. ⁊ magnitudo finita. ⁊ ꝙ non sunt plures mundi. Sed q; generabile ⁊ corruptibile icludit potētiaz. ideo iuxta istam materiam primo querenda sunt aliqua circa terminationez potentiax. vnde primo querendū ē vtrū quelz potentia actiua determinet ꝑ maximuz in quod pōt agere. secundo vtrum quelibet potentia passiua terminet ꝑ minimū a quo potest pati. tertio vtruz quodlibet ens habeat potentiam respectu sue durationis per maximum tēpus per quod potest durare. Quarto vtrum omne corruptibile necessario corrumpetur. Quinto vtrum aliquid de nouo genitum possit perpetuari. Sexto vtrum generabile ⁊ corruptibile conuertantur adinuicem. Septimo. concludit mundum eē incorruptibilem ⁊ perpetuum. ¶ De primo videtur primo ꝙ sic per Aristotilem in littera. Secundo si potentia actiua nō terminaretur maximo in quod posset. tunc nō eēt dare pondus maximū quod fortes pos

set portare. sed hoc ē falsum. naz si non tunc quocunqz ponderē dato quod posset portare adhuc maius pōt portare. ⁊ sic infinitū pondus pōt portare. quod ē falsuz. ¶ Tertio ponaē vnus lapis sicut octo i granitate sup caput sortis potentie sicut. 8. precise qui pseueraē in tali potentia p tēpus ⁊ lapis similiter. tunc vel sor. sustinebit lapidē. vel lapis deprimet sortē. si dicaē primū sequiē qd potentia sortis est terminata ad maximū quod potest sustinere. qz ita granē lapidē ⁊ non graviorē. ⁊ habeē propositū. Unde quantūcūqz iste lapis eēt gravior excederet potentiā sor. ⁊ cū quilibet excessus sufficit ad motū statim ille lapis deprimeret sortē. si autem dicaē qd sor. non potest sustinere illū lapidez sequiē qd ille lapis deprimet sor. ⁊ sic a proportione equalitatis fieret actio. ⁊ ēt sequereē qd potentia depressiua lapidis terminaē ad maximū quod potest deprimere. qz ad potētiā sor. vt octauo que si eēt maior sustineret lapidem cum quilibet excessus sufficiat ad actionem. ¶ Quarto. sit vnum medium vniformiter difforme supius terminatū ad non gradū resistentie. inferius aūt ad gradū resistentie equalez potentie motiue alicuius gravis descendentis p ipsuz. ⁊ sit illud medium. b. ⁊ mobile qd debet descendere p ipsuz. a. tunc b. est maximuz spaciuz quod a potentia motiua pōt ptransire. ergo potentia activa terminata ē maximo in quod pōt ꝓsequentia tenet. antecedens probaē. nā tm̄ pōt ⁊ nō plus ex quo extremū ipsius. b. ē equale i resistendo cū potentia ipsius. a. in mouēdo. ¶ Quinto elongeē vnū visibile p aliqd̄ distantiā a me vsqz quo primo ipsuz non videā nec possum videre propter elongationē. tunc distantia inter oculū meū ⁊ illud visibile terminata ad ipsū exclusiue ē maxima distantia p quā illud visibile potuit agere in visum meū visionē. Ex quo sequiē qd ē dare maximā distantiā p quā aliqua potentia activa puta obiectū potest agere in suā potentiā passiuā. puta oculū. ¶ Sexto non ē dare minimā distātiā p quā non. ergo ē dare maximā distantiā p quā visibile pōt agere in visum. ꝓsequentia cōmuniter ꝓcediē ab oib⁹ de hac materia loquentibus. antecedens pbaē. qz si eēt dare minimā distantiā p quā non: tūc p illā non. ⁊ p quālibet minorē visibile pōt agere in visum. sed hoc non. nā sit illa. verbi gratia pedalis: tūc arguo sic. visibile si poneret̄ bene ppe oculū ꝓtingeret qd ppter paruitatē distantie non posset videri. ergo distantia pedalis non erat minima p quā illud visibile non potuit agere in visum. antecedens pz iuxta illud. sensibile positū supra sensū nō facit sensationē. ¶ Septimo ē dare maximā velocitatem qua potentia activa pōt mouere. ergo terminata ē p maximū: ꝓsequentia tenet antecedens pz. primo de potētia supnaturali. qz daē maxima velocitas qua mouet vltimā speraē. vñ pp immutabilitatē suam ⁊ sue voluntatis ⁊ ppter inalterabilitatē vltime spe nō potest sperā vltimā neqz tardius neqz velocius mouere. hoc idē patet de potentia naturali. qz est dare maximā velocitatē qua a. mobile descendit p. b. mediū ex eo qd potentia naturalis i sua actiōe agit fz vltimū sui conatus potētie.

Oppositum arguiē. qz si potentia activa terminareē maximo in quod posset agere vel excederet illud vel non excederet: si non excederet non potest agere in ipsum ex eo qd a pportione equalitatis non ꝓuenit actio. nec a pportione minoris inequalitatis. si aūt excederet. vel excessu diuisibili vel idiuisibili. nō indiuisibili sicut cōiter ꝓcediē. cū non sit dare excessuz indiuisibilem. vnde hoc eēt non excedere si diuisibili. ergo per medietatem illius excessus in maius posset cū quilibet excessus sufficit ad motuz. ⁊ p consequens illud non erat maximū in quod illa potentia activa potuit. ⁊ hoc ē intentum. ¶ Notandum est hic qd potentia activa potest comparari vel ad resistentiam vel ad distantiam. vel ad effectum. vel ad tempus. vel ad velocitatem. vel ad spacium in motu locali. ergo ⁊c. ¶ In ista questione erunt sex articuli. in primo enim ponam quasdam distinctiones ⁊ terminoruz exositiones. secundo dicam de comparatione potentie active ad resistentiam. tertio de comparatione potentie active ad distantiam. quarto de comparatione potentie active ad effectum. quinto de comparatione potentie active ad velocitatem. sexto de comparatione potentie active ad spaciuz. De comparatione autem potentie active ad tempus videbitur seorsum in tertia questione proposita.

Quantum ad primuz sit prima distinctio qd potentiarum quedaz dicitur activa ⁊ quedam passiua. ¶ Secunda distinctio. potentiarum passiuarum quedam dicitur receptiua solum ⁊ de illa nihil ad propositum. quedam est receptiua ⁊ cum hoc resistitiua ⁊ de illa ad propositum. ¶ Tertia distinctio. potentiarum activarum quedam finita sicut potentia naturalis. quedam infinita sicut potentia dei. ¶ Quarta distinctio. potentiarū activarum quedam est motiua: quedam portatiua. quedā lenatiua. quedam productiua. ¶ Quinta distinctio. potentiarum productiuarum quedam est productiua subē. quedam productiua qualitatis. ¶ Sexta distinctio. potentiarū productiuarum qualitatum quedam est productiua qualitatis sibi similis. sicut caliditas ꝓductiua caliditatis. quedaz autem est productiua qualitatis dissimilis sicut lux est productiua luminis. ⁊ color est productiuus speciei visibilis. ¶ Septima distinctio. adhuc potentiarum quedaz est productiua alicuius effectus qui postq̄ productus ē iuuat potentiam ad vlterius producendum. quedam autem non. Exemplum primi sicut ignis qui postq̄ produxit ignem p se iuuat ipsum ad producendum ignem a se magis remote. Exemplum secundi. sicut est lumen. hoc. n. postq̄ productum est a luce non iuuat ad vlterius producendum lumen. ita filius postquam productus est a patre non iuuat patrem ad vnum alium filium producendum. ¶ Octaua distinctio potentiam finitam terminari contingit quadrupliciter imaginari. vel maximo. vel minimo. vel maximo in quod non. vel a quo non. uel per quod nō ⁊ cetera. vel minimo in quod non. vel minimo per quod non ⁊c. Maximum vocatur in quod potest vel a quo potest aliqua potētia agere vel pati. ⁊ in nullum maius sed in quodlibet minus. vel a nullo maiori. sed a quolibet minori. sed minimū vocatur in quod vel a quo aliqua potētia potest agere vel pati ⁊ in nullus minus vel a nullo minori. sed in quodlibet maius vel a quolibet maiori. Sed maꝝ quod non vocaē quod non vel a quo non vel p qō non. sed cuilibet maiori illo daē maius qō sic. Sed minimū quod non. vocaē illud qō non vel p qō non vel in qō non. sed quolibet minori illo daē minꝝ in quod vel p qō sic. Ecce quatuor descriptiones quatuor terminorum. In istis descriptionibus quatuor quantum ad primas duas descriptiones istorum duorū terminorum maximum ⁊ minimum concordo cuz cōiter loquentibus in ista materia. sed quantum ad duas alias descriptiones discordo ab eisdem. ⁊ apparet mihi qd quantum ad hoc melius sit describere alio modo illos duos terminos maximum quod non ⁊ minimuz quod non q̄ ipsi describant. vnde ipsi vocant maximum a quo non illud a quo non nec ab aliquo minori. sed a quolibet maiori. ⁊ minimū in quod non illud in qō nō nec in aliquod maius. sed in quodlibet minus. in hoc apparet mihi qd non bene dicāt nisi plus addant. nam secundum hoc non posset salnari qd esset dare minimam distantiam vltra quam aliquod visibile posset videri. qō tamen est falsum. imo oppositū ipsi dicunt. nam secundum eorum expositionem esset minima distantia vltra quam non aliquod visibile potest videri. sit ergo illa pedalis. tunc vltra illam distantiam illud visibile nō potest videri. sed vltra quantlibet minorem. ⁊ tamen hoc est falsum. quia aliqua posset esse distantia ita parua prope oculum si visibile qd esset vltra illaz ⁊ non remotius ab oculo non videretur. sicut arguebatur etiam ante oppositum. ¶ Tunc sit prima conclusio. qd potentia infinita non terminatur maxima resistentia nec minima. nec maxima in quam non. nec minima in quam non potest agere. probatur. quia talis potētia non est terminata. ergo nec sic nec sic postquam est infinita. ¶ Secundo ad hoc qd aliqua potentia aliquo dictorum modorum terminetur requiritur qd in aliquam resistentiam possit ⁊ in aliq̄. non mō sic non est de potētia infinita ex eo qd in quālibet pōt. ¶ Deinde ante q̄ ponā ꝓclusiones de potentia finita ⁊ naturali pono primo

vnam conclusionē preambulaz quā oportet supponere in probationibus sequentiuz. ꝛ sit ista. si quilibet excessus sufficit ad continuandum motum inceptum. tunc quilibet excessus sufficit ad motum incipiendum ꝛ inchoandum. istius conditionalis antecedēs cōmuniter omnes concedunt. licet non cōmuniter omnes concedant consequēs. sed probo dictam conditionalem esse veram. ꝛ ideo si conceditur antecedens oportet concedere consequēs. vnde arguo sic. si non quilibet excessus sufficeret ad inchoandum motum. ꝛ tamen sufficeret ad continuandum motum. hoc videretur esse ex eo ꝙ inchoare motum esset difficilius ꝫ continuare motum. tunc sic. vel ergo inchoare motum est finite difficilius vel infinite ꝫ continuare motum. nō potest dici ꝙ infinite. quia tunc oporteret esse excessum infinitum. nec aliquis excessus finitus sufficeret ad inchoandum motum. cuius oppositum patet ad experientiam. si autem dicatur ꝙ inchoare motum est finite difficilius ꝫ continuare motum. sit ergo. verbi gratia ꝙ solum in duplo ꝛ sit excessus. a. qui per aduersarium non sufficit ad inchoādum. sed bene ad continuandum. Tunc sic. quilibet excessus per aduersarium sufficit ad continuandum. ergo medietas. a. sufficit ad continuandum. ꝛ cum inchoare sit solum in duplo difficilius sequitur ꝙ. a. duplum ad suam medietatem sufficit ad inchoandum. quod est intentum. consimili modo argueretur si diceretur ꝙ inchoare motum esset in decuplo difficilius ꝫ continuare. ꝛ sic de quacunqz alia proportione finita. Istaz si dicas ꝙ decuplo difficilius est ichoare ꝫ cōtinuare: sit. a. excessus qui per aduersarium nō sufficit ad inchoandum. ꝛ si quilibet excessus sufficit ad continuandum. sequitur ꝙ decima pars ipsius. a. sufficit ad cōtinuandum. ꝛ cum solum in decuplo difficilius sit inchoare ꝫ continuare. sequitur ꝙ decuplum ad decimam partem ipsius. a. sufficit ad inchoandum. ꝛ cum hoc sit. a. sequitur ꝙ. a. sufficit ad inchoandum. ꝛ sic si quilibet excessus sufficit ad continuandum motum. ꝛ cum solum finite difficilius sit inchoare ꝫ continuare. sequitur ꝙ quilibet excessus sufficit ad inchoandum. Secundo ad idez ꝛ supono primo sicut cōmuniter conceditur ꝙ proportio velocitatum in motibus sequitur proportionem proportionum potentiarum mouentium ad suas resistentias. hoc supposito sit. a. vnus motor qui excedit. b. mobile excessu non sufficiente ad motum inchoandum fm aduersarium. tunc sit vnus alius motor. c. qui excedat. d. mobile excessu sufficiente ad motum inchoandum. ꝛ ad mouendum certa velocitate. ꝛ sit ille motus. e. tunc clarum est ꝙ proportio. c. ad d. habet certā proportionē ad proportionē. a. ad. b. cuz nulla earum sit in infinitum magna nec in infinituz parua. sit ergo. verbi gratia. ꝙ sit dupla ad eam. tunc cum ad motum e. sit dare motum subduple velocitatis sicut patet. 4. ꝛ. 6. phyſicorum. sequitur per suppositionem ꝙ ille producetur ꝛ inchoabitur fm proportionem alicuius motoris ad mobile subduplam ad proportionem. c. ad. d. sit ergo illa proportio ipsius. f. motoris ad. g. mobile. er quo sequitur proportionem. f. ad. g. esse equalem proportioni ipsius. a. ad. b. cum vtraqz earum sit subdupla ad eandē proportionem. puta ad proportionem ipsius. c. ad. d. tunc vltra. proportio. f. ad. g. est equalis proportioni. a. ad. b. sed a proportione. f. ad. g. prouenit motus. quia subduplus ad motum. e. ideo etiam a proportione. a. ad. b. prouenit motus. quare excessus. a. ad. b. sufficit ad motum non solum continuando sed inchoando. quod erat probandum. Ista conclusione preambula suppositā ponam conclusiones de potentijs naturalibus.

Quantum ad secundum articulum. ꝛ sit prima ista. non est dare maximam resistentiam in quaz aliqua potentia actiua potest. probatur. quia si sic sit potentia actiua ꝛ resistentiua. b. tunc arguitur sic a. vel excedit. b. vel non excedit. b. si dicatur ꝙ non excedit. b. sequitur ꝙ non potest in. b. cum omnis potentia actiua debeat excedere quantum ad posse agere ipsam potentiam resistitiuam quantum ad posse resistere. quod supponitur tanꝫ vnum principium in naturali scientia. si autē dicatur ꝙ. a. excedit. b. vel ergo excessu diuisibili vel excessu indiuisibili. si dicatur ꝙ excessu indiuisibili hoc nō valet. quia nullus talis est. si autem dicatur ꝙ excessu diuisibili. sint ergo partes illius excessus. c. d. tunc si ipsum. b. augeretur in tantum ꝙ adhuc ipsum. a. moueret ipsum excedens solum in. d. medietate excessus prioris adhuc. a. ageret in. b. cum quilibet excessus sufficiat. ꝛ ad inchoandum ꝛ ad continuandum motum sicut dixit conclusio preambula. ꝛ cuz. b. tunc esset maius ꝫ ante erat. sequitur ꝙ. b. nō erat maximum in quod potuit. a. ꝛ ita argueretur de quolibet alio quod aduersarius diceret esse maximuz in quod potentia actiua posset. Secundo sequeretur ꝙ per augmentationem ipsius. b. esset dare vltimum instans esse actionis. a. in. b. quod est falsum. cum impossibile sit dare vltimuz instans esse motus. consequentia tenet per hoc ꝙ b. erat maximuz in quod. a. potuit. ideo statim aucto. b. a. in ipsuz non potest. Secunda conclusio non est dare minimam resistentiam in quam potentia actiua potest. probatur. nam sit illa. b. tunc arguitur sic. a. potentia actiua potest in. b. resistentiam. ergo potest in suam medietatem. quia quod potest in maius potest in minus. sed si. a. potest i medietatem. b. ꝛ cum illa sit minor. b. sequitur ꝙ. b. non erat minimum in quod. a. potentia actiua potuit. Secundo. nam tunc sequeretur ꝙ esset dare vltimū instans esse motus. sed hoc est falsum. consequentia tenet. nam si. b. diminuitur vltimuz instans non esse diminutionis eius esset vltimum instans esse actionis. a. in. b. postquam. b. erat minimum in quod. a. potuit. Tertia conclusio. non est dare maximam resistentiam in quaz potentia actiua non potest. naz sit illa. b. tunc sic. a. non potest in. b. ergo. a. non potest in maius. b. saltez maius in resistendo. quia quod non potest in minus. non potest in maius. sed si. a. non potest i maius. b. sequitur ꝙ. b. non erat maximuz in quod. a. non potuit. cum etiam in maius non possit. Quarta conclusio. est dare minimam resistentiam in quam potentia actiua finita non potest. probatur. omnis potentia finita in aliquam resistentiaz potest ꝛ in aliquaz non potest. ergo per sufficientez diuisionez vel datur maxima resistentia in quā potest. vel minima in quam potest. vel maxima in quam non potest. vel minima in quam non potest. non potest dici primum. neqz secundum neqz tertium secundum primam ꝛ secundam ꝛ tertiam conclusiones. ergo relinquitur quartum. ꝛ hec est conclusio. Secundo. data aliqua potentia actiua. puta. a. est dare aliquam resistentiam sibi equalem: sit illa. b. sed talis est minima in quam. a. non potest ex eo ꝙ in illaz non potest ex quo non excedit ipsaz. sed qualibet minori illa datur maior in quā potest. ex eo ꝙ qualibet minori illa datur maior quaz. a. potentia excedit. ꝛ cū quilibet excessus sufficiat ad motum. sequitur ꝙ qualibet minori illa scilicet. b. datur maior in quam. a. potentia actiua potest. ꝛ cuz in. b. non possit: sequitur per expositionez minimi quod non. prius positaz ꝙ. b. sit minimuz in quod a. non potest. Circa istam conclusionem dubitatur. nam secundum ipsaz esset concedendū ꝙ esset dare minimuz pondus quod for. non potest portare vel leuare vel mouere vel aliquid huiusmodi: sed hoc est falsum. consequentia nota est de se: falsitas consequentis probatur. qz sit illud pondus. b. tunc arguitur sic. virtus ꝛ potētia fortis potest augeri. ergo potest portare maius pondus ꝫ sit. b. ꝛ per consequens. b. non est minimum quod for. non potest portare exquo ipsum potest ꝛ maius ipso potest per augmentationem virtutis. Secundo. naz sit illud pondus. b. pedale ꝛ vnius libre. ꝛ sit. c. vnum pondus duplez in quantitate: ꝛ subduplū in grauitate ad ipsū. b. tunc arguitur sic. for. potest portare pondus in duplo maius. b. ergo. b. non est minimū quod for. non potest portare. consequentia tenet antecedens probatur: qz potest portare. c. cuz potentia fortis sit maior ꝫ resistentia. c. ꝛ. c. est in duplo maius. b. p casuz. ergo potentia fortis pōt in duplū ad. b. ꝛ hoc erat probādū. Tertio. si lapis in infinitū distaret a centro ad huc descenderet non obstāte ꝙ infinitus aer resisteret sibi. ergo videtur ꝙ nulla sit resistentia minima in quam ille la-

ple nō posset. er quo ī resistentiā vel distātiā īfinitā posset.
¶ Ad ista. ad primū illa bene probat ꝙ non est dare mini
mū pondus quod fort. non potest portare secūdū potentiā
eius remotā secundū qualē potentiā diceremus puerū ha
bere potentiā pugillandi vel currendi. nihilominus cū hoc
bene stat ꝙ est dare minimā resistentiā in quā potentia acti
na non potest secundū potentiā eius propinquā. ¶ Ad se
cundū illa bene probat ꝙ non est dare minimā resistentiā.
ꝛ hoc fm quantitatē in quā potentia actiua non potest. cuꝫ
quo bene stat ꝙ est dare minimā resistentiā fm grauitatēꝫ
vel secundū aliꝯ aliā qualitatēꝫ in quā data potentia actiua
non potest. ¶ Ad tertiā dico ꝙ in tali casu non esset infinita
resistentia intensiua. de qua solū intendimus in proposito.
sed bene infinita extensiue. ¶ Quinta conclusio. potentia
actiua terminatur per minimū in quod non potest. ad istū
sensum ꝙ nos scimus ꝛ cognoscimus quanta est potentia
actiua fm fortitudinē sciendo minimū in quod non potest.
probatur. per illud scimus quanta est potentia actiua fm
fortitudinē per quod scimus eā fm fortitudinē distingue
re a potentia fortiori ꝛ a potentia debiliori. sed hoc est per
minimū in quod non potest. ergo ꝛc. maior est nota de se.
probatur minor. qr scire minimū in quod non potest inclu
dit tria. s. scire ꝙ non in tantū potest. ꝛ ꝙ nō in plus potest.
ꝛ per ista duo distinguimus ipsaꝫ a potētia maiore. ꝛ quo
libet minori illo datur maius in quod potest ꝛ per hoc di
stinguimus ipsaꝫ a potentia minori. ¶ Sexta conclusio cū
dictis cōclusionibus bene stat ꝙ est dare maximā resisten
tiā in quā aliqua potentia actiua potest cuꝫ aliquibus certis
circunstantijs. sicut cū tanta velocitate vel cū tanta tardita
te in tali vel in tali medio. patet hoc qr licet non sit dare ma
ximū pondus quod fort. potest portare. ꝛ hoc simpliciter.
tñ bene est dare maximū pondus quod fort. potest portare
tanta velocitate in tali medio. ꝙ si pondus eēt maius ꝛ me
diū grossius ꝛ minus dispositū fort. nō posset portare illud
pondus tanta velocitate. ita proportionaliter dicatur de mi
nimo. ¶ Diceres tu sicut arguebatur in principio questio
nis Aristo. dicit in littera ꝙ potentia actiua terminatur per
maximū. dico ꝙ verū est. sed non per maximū in quod po
test nec per maximū in quod non potest. sed per maximuꝫ
infra quod potest. ꝛ illud idē est minimū in quod non po
test. ꝛ sic cū dictis stat sententia Aristo.

Quantum ad tertium articulum videndum est de comparatione potētie actiue ad distantiam. vbi premittendum ꝙ iuxta terminationeꝫ po
tentie actiue motiue localiter distātia non propriē habet lo
cum: quia semper in tali actione potentia actiua motiua est
simul cum moto ꝛ distantia sicut patet ex septimo physico
rum ꝛ maxime hoc est verū de mouente imediato. ꝛ hoc
semper est sic nisi motus talis localis fieret per alterationeꝫ
modo quo magnes alterando ferrum mouet ipsum trahē
do per aliquam distantiam. licet hoc non faceret per om
nem. ꝛ ideo quantum ad propositum videndum est de cō
paratione potentie actiue alteratiue ad distantiam quomo
do talis sit terminata distantia ꝛ quomodo non. ¶ Secun
do est premittendum ꝙ differentia est inter distantiaꝫ per
quā fit vel non fit actio. seu in qua fit vel non fit actio ex vna
parte ꝛ distantiam vltra quam fit vel non fit actio ex alte
ra parte. vnde per illam distantiam vel in illa distantia dici
tur fieri actio. que sic se habet ꝙ q̄diu passum est in aliquo
puncto intrinseco illius distantie tādiu agens agit in ipsum.
sed illa distantia dicitur esse distātia vltra quā fit actio. que
sic se habet ꝙ passio existente non in aliquo puncto intrinse
co eius: sed extrinseco agens agit in ipsum: proportionali
ter dicatur de distantia per quam non fit actio: ꝛ de distan
tia vltra quā non fit actio. ¶ Tunc sit prima conclusio. non
est dare maximam distantiam vltra quam aliqua potentia
actiua potest agere nec simpliciter. neq; cum certa resisten
tia. probatur quantum ad primum. nam sit illa distantia. a.
ꝛ sit resistentia. b. tunc exquo potentia actiua vltra. a. agit i
b. sequitur ꝙ eadem potentia in subduplo ad. b. ageret ad
maiorem distantiam. ꝛ sic. a. distantia non erat maxima vl
tra quam dicta potentia poterat agere. ¶ Et confirmatur
nam sit. b. pro instanti presenti vltra maximam distantiam
vltra quaꝫ potentia actiua potest agere. ꝛ in hoc instanti in
cipiat elongari ab. a. sequitur ꝙ in presenti instanti. a. agit in
b. ꝛ imediate post hoc instās. a. non agit in. b. ꝛ sic presens
instans esset vltimum instans esse actionis. ꝛ sic daretur vl
timum instans esse motus. quod est impossibile. ¶ Dein
de probatur eadem conclusio quantum ad secundum. quia
si agens agit in. b. passum cuꝫ certa resistentia. c. gradu ve
locitatis idem agens potest agere in idem passum remoti
us remissiori gradu velocitatis. ꝛ ideo dicta distantia non
erat maxima simpliciter nec maxima cum certa resistentia
vltra quam dictum agens poterat agere in. b. passum: cuꝫ
quo bene stat ꝙ dicta distantia erat maxima vltra quaꝫ di
ctum agens poterat agere in. b. passum cum certa resisten
tia ꝛ certo gradu velocitatis. ¶ Secūda conclusio. nec est
dare minimam distantiam vltra quaꝫ agens potest agere
in passum. probatur. quia tunc vltra illam posset ꝛ non vl
tra minorem: ꝛ sic si passum inciperet approximari agenti
esset dare vltimum instans esse actionis. quod est inconue
niens. ¶ Tertia conclusio nec est dare maximam distanti
am vltra quam non agens potest agere in passum. qr tunc
vltra illam non ꝛ qualibet maiori illa daretur minor vltra
quam sic. que tamen minor esset maior illa vltra quā non.
modo hoc est falsum iuxta illud. ꝛ quod non potest vltra
minus non potest vltra maius saltem propter remotionē:
quod notanter addo propter visibile quod ad aliquaꝫ par
tam distantiam non potest agere in visuꝫ. sed hoc est pro
pter propinquitatem sed vltra maioreꝫ potest. ¶ Quarta
conclusio est dare minimaꝫ distantiā vltra quā non agens
potest agere in passum. probatur a sufficienti diuisione. vl
tra aliquam distantiam agens potest agere in passuꝫ: ꝛ vl
tra aliquā non. vel ergo est dare maximaꝫ vltra quam po
test: vel minimam vltra quam potest: vel maximam vltra
quam non potest: vel minimam vltra quā non potest. non
potest dici p^{m} per primam conclusionem: nec secundum:
per secundam. nec tertium per tertiam. ergo relinquitur
quartum. ꝛ hec est quarta conclusio. ¶ Quinta conclusio
est dare maximam distantiam per quaꝫ agens potest age
re in passuꝫ: probatur. eadē est distantia maxima per quā
potest agere: ꝛ minima vltra quaꝫ non. sed est dare mini
mam distantiam vltra quam non per precedenteꝫ conclu
sionem. ergo ꝛc. antecedens probatur. nam data minima
distantia vltra quam ignis non potest agere in passuꝫ. tunc
q̄diu passuꝫ est in aliquo puncto intrinseco istius distantie
vel equivalentis ignis potest agere in ipsum. ꝛ q̄ cito est
in aliquo puncto extrinseco illius distantie vel equivalentis
ignis non potest agere in ipsuꝫ. ꝛ illud patet si aliquod pas
sum elongaretur ab igne tādiu ꝙ primo esset verum dice
re. nunc propter distantiam ignis non potest agere in illud
passum. ꝛ imediate ante hoc potuit. vnde tunc tota distan
tia ab igne vsq; ad passum esset minima distātia vltra quā
ignis non potest agere in passuꝫ. ꝛ esset maxima in qua vel
per quā ignis potest agere in passuꝫ. sicut potest patere ex
expositione eius ꝙ est distātia minima per quā vel in qua
sic. ¶ Pro istis conclusionibus est sciendum. ꝙ dupler est
agēs. quoddā quod sic se habet ꝙ si potest agere vltra ali
quā distātiā tunc potest agere vltra quācūq; minorē. sicut
est ignis vel calor vel aliquod tale. alia ē potentia. que si po
test agere vltra aliquam distantiam non tamen vltra quā
cunq; minorem: sicut est visibile. nam licet visibile vltra ali
q̄ distantiaꝫ posset agere non tamen vltra quamcunq; mi
norem. quia potest esse ita prope oculuꝫ ꝙ non posset age
re in ipsuꝫ. similiter si esset aliquod luminosuꝫ ꝛ essent duo
foramina recta. ꝛ luminosum esset minus q̄ spaciuꝫ inter
illa duo foramina. non potest vltra quancunq; distantiam
parvam lucere per illa duo foramina. vnde potest esse ita
prope ꝙ non posset. etiā posset esse ita remote ꝙ non pos
set. ꝛ ideo pōt impediri in sua actione vel propter nimis par
vā distātiā vel propter nimis magnā: sed sic non ē de agen
tib^{9} primo modo dictis. qr licet possent impediri in suis actio
nibus in passa propter nimis magnā distantiā. non tamen
propter nimis parvā. Modo vos debetis scire quod qu

que conclusiones taz posite principaliter posite sunt de agẽ tibus primo modo dictis. Sed propter maiorem explana tionem ponende sunt conclusiones de agentibus scẽo mo do dictis. ¶Et sit prima ista. recedendo ab oculo p ince/ptione visionis non est dare minimã distãtiã vltra quã. a. visibile non põt agere visionẽ in visuz propter distãtie par nitatẽ: nec minimã vltra quã põt. primũ pz ex eo q quacũ q distãtia data vltra quã non põt propter paruitatẽ est da re minorẽ vltra quã non potest propter paruitatẽ: qõ eniz non põt vltra maius propter eius paruitatẽ non põt etiã vl tra minus. scõa pars pz. qz sit. a. distãtia minima vltra quã potest: que si esset minor vltra ipsaz non posset sequeretur q in approximatione visibilis ad visum esset dare vltimuz instans esse visionis: quod est falsuz: consequentia nota est intuenti. ¶Secunda conclusio. recedendo ab oculo pro in ceptõne visionis est dare maximã distantiã vltra quã. a. nõ potest videri propter distantie paruitatez. probatur. qz in/ter omnes distantias vltra quas non potest propter parui tatẽ est dare vnã maximã vltra quã nõ potest: sed qualibet maiori illa datur minor vltra quã potest ex eo q si visibile esset precise vltra illã distantiã z in presenti instanti incipe/ret elongari a visu. illud visibile nunc nõ sed imediate post hoc instans ageret visionez in visum. ¶Tertia conclusio: visibili accedẽte ad oculũ pro corruptione visionis propter nimis parua distantiã visibilis ab oculo est dare primũ in/stans non esse visionis. ad istũ intellectũ q aliquando pri/mo erit verũ dicere nunc non est visio. a. visibilis: z ime/diate ante hoc fuit. z huius ratio est. qz exquo visio desinit esse per talẽ appropinquationẽ visibilis ad visuz. z non da tur vltimũ instans esse visionis oportet q detur primũ in/stans non esse. ¶Qõ antẽ non detur vltimũ instãs esse vi sionis sicut sepe sumptũ est potest sic probari. nam quero vtrũ visio pro illo instanti sit alicuius intensionis: vel non. si dicatur q non hoc non potest eẽ. qz tunc esset indiuisibilis: si dicatur q sic. oz q successiue z gradualiter deperdatur. z sic instãs datũ nõ erat vltimũ instãs eẽ visionis. ¶Quar ta conclusio distãtia que est inter visibile quãdo desinit vi/deri propter nimiã propinquitatẽ eius ad oculũ: z inter vi sibile quãdo desinit videri propter nimiã remotionez eius ab oculo est maxima distãtia ita i qua seu per quã illud visibi le potest agere visionẽ in visuz illũ. probatur. qz q̃dm illud visibile est in aliquo puncto illius distantie ipsuz agit in vi/sum visionẽ: sic q nec est defectus propter paruitatẽ distã tie. nec propter magnitudinẽ eiusdez. ¶Quinta conclusio eadem distantia est minima vltra quam illud visibile non potest agere visionem in illum visum z hoc propter illius distantie magnitudinem. probatur. qz inter omnes distan/tias vltra quas non potest propter distantiarum magnitu dinem hec est minima.

Quantum ad quartũ articulum sit prima con/clusio. loquendo de potentia produ ctiua effectus que inuatur a suo effectu producto ad vlteri us producendũ sicut est ignis vel calor: nõ terminatur per mari mũ nez per minimũ effectũ. z hoc nec affirmative nec negative quantũ est ex se. patet. qui dato aliquo tali agẽ te sicut est ignis ipse potest producere vnum alium ignez: z cum illo iterum vnum alium. z sic quantũlibet quantuz est de se: si non esset impedimentũ ex defectu materie que non est infinita. z hoc est quod dicit Aristo. secundo de ani ma. q ignis esset augmentabilis in infinitum si combusti/bile apponeretur in infinitum. nihilominus cuz hoc stat q determinatur maximo effectu: puta maximo igne quem potest producere in istam materiaz z in isto tempore. Se cunda conclusio. loquẽdo de potentia productiua alicuius effectus que non inuatur ab illo effectu producto ab vlteri us consimilem producendum vel priorem intendenduz si cut est corpus lucidum: talis potentia terminatur minimo effectu quem non potest producere. probatur. qz lumẽ ita intensum sicut est lux corporis lucidi illud corpus lucidum non potest producere. sed qualibet remissiori illo dato da/tur lumẽ intensius qõ põt producere. vel in ꝓposito possu mus dicere z quodlibet remissius illo illud corpus lucidũ põt ꝓducere. vez est tñ q idẽ corpus lucidũ non sp in qõ libet mediũ in quod agit producit equalẽ graduz luminis s. in vnũ sicut in aliud. sed ꝑm q mediũ est melius vel pe/ius dispositũ ad recipiendũ lumen ꝑm hoc corpus luciduz intensius vel remissius lumen producit in ipsum cuz fuerit ei applicatũ. ¶Dic sunt aliqua dubia iuxta istã materiaz. ¶Primo enim dubitat vtz possibile sit aliquod luciduz producere in aliquod mediũ quẽlibet gradũ citra graduz summũ lucis existentis in lucido. ¶Ad hoc apparet mihi pro nunc esse dicendũ q nõ. z ad hoc adduco talẽ rationẽ. nã si hoc esset possibile. ponat ergo q. a. corpus lucidũ ꝓ/ducat in aliquod mediũ quẽlibet gradũ luminis citra sum/mũ gradũ lucis existentis in. a. lucido. z sit illud lumen. b. z lux ipsius. a. sit. c. tunc queritur. vtrũ. c. excedat. b. vel nõ. si dicat q non tunc non est productus quilibet citra sum/mũ. sed cuz hoc sumimus. quod est contra hypothesim. si dicat q. c. excedat. b. vel ergo excessu diuisibili vel indiui/sibili. si dicat q excessu diuisibili sequit q potuisset fuisse productũ citra gradũ summũ lumẽ intensius q̃ sit produ/ctũ. z sic non quilibet gradus citra sũmũ esset productus. quod est contra hypothesim. Si dicat q excedat excessu i diuisibili. hoc est falsuz. qz nullus talis est. etiã hoc esset nõ excedere. z sic excederet z non excederet. quod iplicat cõ tradictionẽ. ¶Sed diceret aliquis expers logice. a. lucidũ quẽlibet gradũ citra sũmũ põt producere i aliquod mediũ ergo possibile est. a. lucidũ quẽlibet gradũ citra sũmũ pro/ducere in aliquod mediũ. ¶Respondet negãdo cõsequẽ tiam ex eo q ibi ar. a. sensu diuiso vero ad sensum cõposi/tum falsum. qui sensus sunt sibiinuicẽ ipertinentes. vnde i alio simili non sequit dato aliquo pondere equali in resistẽ tia cũ potentia portatiua fortis nõ sequit quãlibet ptẽ illius ponderis fort. põt portare. ergo possibile ẽ q quãlibet ptẽ istius ponderis fort. portet. nã tunc hec esset possibilis quã/libet partẽ illius ponderis fort. portat. quod est falsum salte stante potentia fortis z alijs requisitis. ¶Similiter nõ se/quit. quodlibet creabile deus potest creare. ergo possibile est q quodlibet creabile deus creet. nã hoc posito in eẽ se quit ipossibile. s. potentiã dei esse exhaustaz. ¶Secundo dubitat. vtrũ corpus lucidũ illuminet mediũ cũ resistentia medij vel sine resistentia. videt q cuz resistentia. qz licet in medio dyaphano illuminabili a lucido dyaphanitas non resistat. tñ opacitas resistere videt. in tñ q opacũ non ita i tense illuminat ab eodẽ lucido. nec ad tantã distantiaz sicut minus opacũ z magis dyaphanũ. ¶Ad oppositũ ar. qz si opacitas resisteret lucido tunc per longiorẽ moraꝫ lucidi fie ret illuminatio intensior recte sicut est de calefactione. z tñ hoc est falsum. qz statim lucido applicato medio illuminat mediũ ad tantã distantiã. z ita intense sicut facit postea cuz fuerit presens medio per horã vel per diẽ. ¶Ad illud re/spondet q nulla est resistentia medij illuminabilis ad lucidũ illuminans. propter hoc. qz resistentia est per contrariũ vel per inclinationẽ ad contrariũ. sed in medio illuminabili nec est contrariũ lumini. nec inclinatio ad cõtrariũ ipsius lu minis. cũ lumen non habeat contrariũ. vnde licet isti termi ni lumen z tenebra opponant priuative. non tñ ꝓpter hoc lumini est aliquid contrariũ. ¶Tunc ad rationẽ factã ante oppositũ dico q causa quare minus dyaphanuz z magis opacũ minus intense z ad minorẽ distantiã illuminatur est minor passibilitas respectu luminis. ex eo. n. corpus est pas sibile z receptiuum luminis. qz est dyaphanũ. ita q quan to est dyaphanius tanto est passibilius z receptiuum inten sioris luminis ab eodem lucido. ¶Tertio dubitatur. si ca lidum in summo agat quantum potest z producat calorez in summo in aliquod passum z supereueniat aliquod calidũ simile. tunc illud calidum non potest in illud passum agere calorem in ipso intendendo. z tamen si aliquod luminosuz producat lumen in aliquod medium tantum quantum po test producere in illud medium cum talibus circunstanti/is. z supereueniat luminosum simile intendet illud lumen. que sit causa huius diuersitatis. ¶Pro cui9 responsione sup ponitur q nihil agat vltra gradum suũ proprium. Ex hoc ad dubitationem dico q quia calidum in sũmo potest sibi

assimilare passum. puta combustibile in quod agit si aliud calidum sibi simile superueniret non intenderet illum effectum. aliter enim oporteret q̄ ageret vltra gradum suum proprium. postq̄ illud passum iam est sibi assimilatus per actionem prioris calidi in sūmo. Sed quia luminosum seu corpus lucidum non assimilat sibi passū. ideo alio luminoso superueniente potest lumen illud intendere absq; hoc q̄ propter hoc agat vltra gradum suum proprium. ¶ Tertia conclusio. non semper est consimilis proportio effectuum in intensione qualis est proportio agentium etiam in intensione. ⁊ hoc est maxime verum de potentijs que nō inuantur a suis effectibus in earum actione. patet conclusio. q; sint. a. ⁊. b. duo corpora lucida. a. duplum ad. b. in intensione: ⁊ agant in duo media. puta. c. ⁊. d. vniformia. ⁊ incipiant ista duo media. c. ⁊. d. vniformiter intendi. ⁊ equaliter in opacitate. tunc prius q̄. a. desinat agere lumen in medio. c. b. desinet agere lumen in medio. d. propter intensionem opacitatum istorum mediorum. modo si continue per horam talis intensionis opacitatis mediorum lumen ipsius a. fuisset duplum ad lumen ipsius. b. sicut. a. erat duplum ad. b. tunc ita cito per huiusmodi intensionem opacitatis ⁊ remissionem luminis. a. desineret agere sicut. b. quod tamen est falsum. consequētia nota est de se. nam si eēnt duo quanta. vnum duplum ad aliud. ⁊ inciperent decrescere versus non quantum in prima parte proportionali quodlibet ad subduplum. ⁊ in secunda similiter. ⁊ sic vltra: eque cito inciperent esse non quanta. similiter si lumen actum ab a. continue per horam remissionis luminum fuisset duplū ad lumen actum. a. b. ita cito. a. desiuisset agere sicut. b. ¶ Quarta conclusio. nec quantum ad extensionem oportet esse consimilem proportionem effectuum sicut est proportio causarum agentium. probatur. q; si aliqua superficies circularis potest videri ab aliqua distantia oportet q̄ illa que videtur ad in duplo maiorem distantiaz sub equali angulo. habeat in duplo maiorem dyametrum. ⁊ si sic sequitur q̄ ipsa est quadrupla in extensione ad primaz. ⁊ per cōsequens non est eadem proportio effectuum in extensione sicut est proportio causarum agentiū ex quo proportio effectuum est dupla in extensione. ⁊ proportio causaꝝ est quadrupla. q̄ autem oporteat talem superficiem circularez eē quadruplam ad aliaz cuius dyameter est in duplo maior. patet per vnam propositionem. 12°. geometrie. que sic dicit. q̄ que est proportio dyametrorum talis est proportio circulorum duplicata. ⁊ ideo si proportio dyametroruz alicuorum circulorum est dupla. tunc proportio talium circulorum est quadrupla. ex eo q̄ quadrupla est dupla duple. ¶ Et attendendum q̄ cum dico effectum esse duplum in extensione ad alium. intelligo lineam mensurantem extensionē illius effectus. sicut est dyameter totius effectus acti per vnum agens eē duplam ad lineam mensurantem extēsionez alterius effectus acti per aliud agens. ¶ Quinta cōclusio possibile est q̄. a. ⁊. b. sint duo agentia. ⁊. a. sit duplū ad. b. in intensione: ⁊ q̄. a. agat ad duplam distantiam ad quam agit. b. patet. nam sit. a. vnū corpus luminosum sphericum cuius dyameter sit pedalis quantitatis: ⁊ sit duplus intensiue ad. b. corpus. ⁊ non curo cuius quantitatis sit. b. tunc clarum est q̄. b. tantum potest diminui in extensione nō tamen in qualitate q̄. a. agat in duplo remotius q̄ agat b. b. enim posset tantū diminui q̄ vix ageret ad tantam distantiam quanta est distantia vnius grani milij: ⁊ si sic etiaz possibile est q̄ potest tantum diminui in extensione ⁊ non in intensione seu in luce ipso. a. non diminuto nec in extensione nec in intensione q̄ ipsum. a. agat per duplam distantiam ad illam per quam agat. b. a. existente duplo ad. b. ⁊ hoc erat intentum. ¶ Sexta conclusio. q̄ si. a. agit ad duplam distantiam ad quam agit. b. tunc effectus. a. est octuplus ad effectum. b. patet. quia tunc. a. agit vnum effectuz sphericum cuius dyameter est dupla ad dyametrum effectus acti. a. b. ergo effectus ipsius. a. est octuplus ad effectum ipsius. b. consequentia tenet ex eo q̄ qualis est proportio dyametrorum talis est proportio sperarum illaruz dyametrorum triplicata. cuiz ergo proportio octupla sit tripla duple: ex eo q̄ componitur precise ex trib⁹ duplis. sequitur proportionem talium effectuum sphericorum esse octuplam. postq̄ proportio dyametrorum talium effectuum est dupla. Ex his conclusionibus sequitur q̄ possibile est q̄. a. agens sit duplum intensiue ad. b. agens: ⁊ effect⁹ a. agentis sit octuplus in extensione ad effectuz. b. agentis. ¶ Tu diceres. tu bene concluderes si effectus talium agētium essent sperici. sed si sunt orbiculares tu non concludis aliquid. placet mihi. sed modo possibile est q̄ effectus talium agentium sint sperici ⁊ non solum orbiculares. declaro hoc sic. nam capiatur vnuz corpus transparens sicut est cristallus. tale non solum agit orbem imo sperazm. patet ex hoc q̄ si tale corpus ponatur inter te ⁊ me ego video partes q̄ sunt versus te sicut illas que sunt versus me. ⁊ tu similiter vides partes que sunt propinquiores mihi sicut ego video partes que sunt propinquiores tibi. ex quo sequitur partes istius corporis non solum multiplicare species suas circa illud corpus. sed etiā in illo corpore. ⁊ per illud corpus. qua re si ad imaginationem totalis effectus sicut totalis species acta ab illo corpore conseruaretur corpore illo destructo eēt vna spera ⁊ non solum orbis ex eo q̄ ita ibi vbi fuerit illud corpus esset species sicut alibi: ⁊ qua ratiōe ille effectus eēt sphericus ⁊ non orbicularis illo agente corrupto eadem ratione sic erat illo agente existente. ⁊ per consequens aliqua sunt agentia effectus spherales. ⁊ de talibus esset verum quod dictum est.

Quantum ad quintum articulum de comparatione potentie ad velocitatez sit prima conclusio. quantuz est de se nulla potentia naturalis terminatur per maximam velocitatem quā potest facere nec affirmatiue nec negatiue. nec etiam per minimam. probatur. q; velocitas consequitur proportionem potentie ad resistentiaz per cōmentatorem. secundo huius. sed huiusmodi proportio in infinitum potest diminui. ergo in infinitum tarditas potest augeri. similiter huiusmodi proportio in infinitum potest augeri per diminutionez resistentie ꝑm Arī. 4°. physicorum. ergo in infinitum velocitas potest augeri. ¶ Secunda conclusio, respectu certe resistentie date potē tia naturalis naturaliter agens terminatur per maximaz ⁊ per minimam velocitatem quam potest producere rebus sic stantibus. patet ex eo quia lapide in aere dato ꝑm totuz sui conatum nec pōt moueri maiori velocitate. nec minori q̄ mouetur. ¶ Tertia conclusio. potentia determinatur p suam velocitatem. i. non cognoscitur. quia ex hoc q̄ videmus talem potentiam producere tantam velocitatem non cognoscimus quantitatem potentie ex eo q̄ si cum tali resistentia producit tantam velocitatem cum alia puta maiori non produceret tantam. ⁊ ideo ad cognoscendum quantitatem potentie motiue non sufficit solum cognoscere velocitatem. ¶ Hic dubitatur vtrum de facto sit aliqua maxima velocitas. videtur q̄ sic. nam de facto vltima spera velocissime mouetur. probatur q̄ non. quia quacunq; parte data in vltima spera vna alia mouetur ea velocius. ¶ Respondetur q̄ non est dare de facto maximam velocitatez. probatur. nam si sic hoc maxime videretur de velocitate vltimi celi. sed probatur q̄ non. quia si vltima spera mouetur velocissime. vtiq; aliqua eius pars mouetur velocissime. sed probo q̄ non. quia hoc maxime esset pars celi circa equinoctialem. sed probo q̄ non. quia illa vel ē diuisibilis in latitudine. vel non. si dicaꝫ q̄ nō. hoc est falsuz. q; nec in celo nec in aliquo ꝓtinuo est aliqua pars q̄titatiua fine latitudine. si autem dicatur q̄ illa pars habeat latitudinem tunc aliquid eius est propinquius polo ⁊ reliquum remotius ab illo: sed illud qō est propinquius polis mouetur tardius: ⁊ qō remotius mouetur velocius: ⁊ sic illius partis aliqua ps moueꝫ velocius ⁊ aliqua tardius. ⁊ sic illa pars nō est pars velocissime mota in vltimo celo. ⁊ ita potest argui de quacunq; parte facta i celo. Consimili modo probatur q̄ non est aliqua pars in celo tardissime mota. ex eo q̄ illa esset versus alterum polo. ⁊ cū nulla pars sit imediata polo scōm se ⁊ qōlibet sui pp diuisibilitatē illius partis. segtur q̄ etiā illius partis vna pars moueꝫ tardius. puta q̄

est versus polum. ⁊ alia velocius que magis distat a polo. ¶Et confirmatur in vltimo celo non est dare partem remotissimam a polis nec est dare partem propinquissimam alicui polorum. ergo in vltimo celo non est dare partem velocissime motam nec partem tardissime motam. consequẽtia tenet ex eo. ꝙ ex hoc ꝙ partes vltimi celi sunt remotiores a polis ipse mouentur velocius: ⁊ ẽ ꝙ sunt propinquiores ipse mouentur tardius. antecedẽs patet. quia qua cunq; parte in vltimo celo data que est remota a polis propter diuisibilitatem illius partis est dare vnam que est magis remota. ⁊ ita similiter est quantuꝫ ad ptes propinquas alteri polorum. concluditur ergo ꝙ nec vltima spera mouetur velocissime. nec tardissime verũtamen secundũ imaginationem mathematicam imaginando lineas indiuisibiles ⁊ puncta indiuisibilia est bene dare in vltimo celo aliqd velocissime motum. ⁊ hoc est punctus existens in linea circunferentiali maxime distante ab vtroq; polorum mundi que quidem linea imaginatur in conuexo vltimi celi: ⁊ nõ in concauo nec in medio inter concauum ⁊ conuexum: ⁊ tunc si dicamus velocitatẽ alicuius mobilis attendi penes spacium lineale verum vel imaginatum descriptũ ab eius puncto velocissime moto esset concedendum ꝙ vltimum celum mouetur velocissime. si autem velocitatem mobilis cuius alique partes mouentur velocius: aliqne tardius: dicamus attendi penes spacium lineate descriptuꝫ a puncto medio inter punctum velocissime motum ⁊ punctum tardissime motum vel non motum: dicendum est vltimam speram seu vltimum celum moueri ita velociter sicut mouetur punctus medius inter lineam equinoctialem ⁊ alterum polorum. si dicamus primo modo tunc secundũ imaginationem mathematicam concedenduꝫ esset de facto celum vltimum velocissime moueri. si dicamus scõo modo dicendum esset vltimum celum non velocissime moueri. sed precise ita velociter sicut mouetur punctus eius medius inter equinoctialem ⁊ alterum polorum de hoc vtrum debeat dici sic vel sic videndum ad 6ᵐ phyficorum.

Quantum ad 6ᵐ articulum. ſ. de comparatione potẽtie actiue ad spacium sit prima cõclusio. potentia actiua naturalis sicut est potentia actiua gravis deorsum vel sicut levis sursum non terminantur maximo spacio neq; minimo simpliciter nec affirmatiue nec negatiue. pz. qz quocunq; spacio dato per diminutionẽ resistentie talis potentia potest pertransire ⁊ per augmentationem resistentie ad equalem graduꝫ potentie motiue nõ põt pertransire. vnde a quacunq; distantia grave descenderet ad centrum si non esset impedimentum. ¶Secũda conclusio. ꝙ cum certis circunstantijs terminatur ad maximum spacium quod potest pertransire. que circunstantie sunt velocitas tempus duratio vnde est dare maximum spaciuꝫ per quod lapis potest moueri in tanto tempore cũ tali resistentia vel tali velocitate. ⁊ sic de alijs.

Ad rationes principales ad primã auctoritatem Ari. cum dicit potentiam actiuã determinari maximo. dico ꝙ hoc nõ est ꝓtra dcã. imo hec est quinta cõclusio scõi articuli. determinatur enim maximo. ſ. cognoscit quãta est potentia ſm fortitudinem per maximuꝫ infra qõ põt: ⁊ hoc idem est miᵐ i qõ põt. ¶Aliter et põt dici qõ Ari. intellexit sic. ꝙ potentia actiua terminat maximo numerato sine fractione. vnde centum põt esse maximus numerus librarum quas for. põt portare. qz ẽ quis possit modicũ plus nõ tñ põt plus in vna libra. ¶Ad secundam concedo ꝙ non est dare maximum pondus qñ for. põt portare. ⁊ quando dicebat. ergo quocũq; pondere dato quod potest portare adhuc maꝰ potest portare. concedo. ⁊ quãdo dicebatur. ergo infinitum pondus potest portare. negat consequentia. quia fit status ad miᵐ pondus quod non potest portare. ¶Ad tertiaꝫ de lapide posito super caput fortis dico ꝙ tam for. ẽ gravitate lapidis conservatis in suis potentijs for. sustineret lapidẽ. nec propter hoc actio fieret a proportione equalitatis. qz nec pter hoc for. ageret in lapidem. sed resisteret sibi. ne lapis caderet deorsum. ⁊ similiter lapis resisteret forti ne aliquo modo moueret se sursum: consimile esset si duo corpora sibi obuiarent in aliquo medio. quorum vnum esset in ascendendo. ⁊ reliquum in descendendo. ⁊ vnum haberet precise tot gradus gravitatis: quot reliquuꝫ gradus levitatis. ¶Ad quartam dico ꝙ si in perpetuum tale mobile moueretur nunquam pertransiret illud medium vniformiter dissorme inferius terminatum ad gradum resistentie equalẽ potentie motiue illius mobilis. sic ꝙ aliquando illud totale medium ab illo mobili esset pertransitum. ⁊ hoc satis potest conuinci ex illa ratione. ⁊ ideo illud medium non est maximum quod a tali potentia potest esse pertransitum. ex eo ꝙ nullo modo a tali potentia potest esse pertransituꝫ tali resistentia manente. ¶Ad quintam elongetur vnum visibile ⁊c. admitto. ⁊ vlterius dico ꝙ quãdo visibile primo nõ videtur distantia inter ipsum ⁊ oculum est bene maxima i qua illud visibile poterat videri: ⁊ hoc non est contra dcã. cum hoc tamen stat ꝙ non est maxima vltra quam. sed est bene minima vltra quam non: ⁊ hoc dicebatur in cõclusione. ¶Sed contra ẽ fuit 6ª ratio. naz si illa esset minima distantia vltra quam non: tunc vltra illaz non ⁊ vltra q̃libet minorem negaretur consequentia. naim non sic exponendũ est minimum vltra quod non: sicut dicebatur in primo articulo huius questionis. sed bene sequitur talis distantia ẽ minima vltra quam non. ergo vltra illam non: ⁊ qualibet minore illa datur maior vltra quam sic. ⁊ hoc est verum. cum quo adhuc stat ꝙ visibile potest esse ita prope oculuꝫ ꝙ propter paruitatem distantie non potest videri. ¶Aliter potest dici ꝙ dicta distantia est minima vltra quam nõ: propter magnitudinem. ⁊ ideo non est aliqua minor infra ipsam que impediat propter magnitudinem licet bene sit aliqua infra ipsam que impediat propter paruitatẽ. ¶Ad septimam neᵒ ꝙ sit dare maximam velocitatem qua potẽtia actiua supernaturalis potest mouere: imo nec de facto est maxima velocitas qua monet: qz hec maxime esset velocitas vltime spere. modo sicut dicebatur in quinto articulo vltima spera nec monetur velocissime nec tardissime nisi loquendo secundum imaginationem mathematicam: ⁊ vlterius dico ꝙ quacũq; velocitate data potentia supernaturalis posset mouere velocitate maiori licet forte Ari. hoc negauisset. ¶Et si diceretur contra tunc voluntas potentie supernaturalis esset mutabilis. respõdetur negãdo consequentiam. vnde si post hoc moueretur velocius q̃ modo monet non propter hoc esset mutatio facta in ipsa licet bene i re extra. hoc perfecte discutere magis ptinet ad 8ᵐ phyficorum. ¶Ad vltimam qua arguitur de potentia naturali. illa bene probat ꝙ est dare maximam velocitatem qua aliqua potentia motiua mouet in tali medio ⁊ cum tali resistentia ⁊ cum alijs circunstantijs. sed non est dare maximam velocitatem simpliciter qua potentia motiua potest mouere. ⁊ hoc totum dictum est in corpore questionis.

¶Qõ. n. dr manifestũ: visus qdẽ enĩ q minoris excedit: velocitas aũt que maioris. Textu cõmẽti cẽtesimi õcimi septimi. Questio. xv.

Secundum Propositorũ erat. vtrum quelibet potentia passiua terminetur per minimum a quo potest pati. videtur primo ꝙ sic. per Aristo. ⁊ cõmentatores qui hoc videntur dicere. ¶Secundo naz dicit Aristo. in de sensu ⁊ sensato ꝙ ẽ dare minimum visibile quod visus potest videre: visus aũt est potentia passiua. ergo ⁊c. ¶Tertio sit vna rota adamantina infra cuius circunferentiam sit vnum ferrum. tunc arguitur sic. est dare minimum arcuꝫ illius rote a quo illud ferrum potest retineri ergo est dare minimum a quo potentia passiua potest pati: consequentia tenet. antecedens probat. nã illud ferrum põt ita modicũ arcum illius rote sup se derelinquere ꝙ non retineret imo descenderet. descendat ergo tãdiu ꝙ habeat super se arcũ sufficientẽ retinere ipsum: ⁊ cũ i tali descensu ferri deuenitur ad primũ instans non esse sui motus sequit arcũ quez super se habet esse minimum a quo illud ferruꝫ retinetur:

& a quo potest retineri. quia si a minori potuisset fuisse retē tum prius quieuisset. & sic instās datum nō fuisset primum instās. nō esse motus seu descensus ferri. sed vnum aliud ante ipsum. & quodcunq; dares aliud equaliter concludetem arcum pro tūc super ferrum existentem eē minimum potētem illud ferrum retinere. ¶ Et cōfirmatur. aligs arcus illius rote sufficit illud ferrum retinere. & aliquis non. vel ergo est dare maximum qui sufficit. vel minimum qui sufficit. vel maximum qui non sufficit. vel minimum q non sufficit. nō potest dici primum. quia quocunq; arcu dato q sufficit. maiori illo etiam sufficit: ad quod enim sufficit min⁹ ad hoc idem sufficit maius. Si dicatur scōm. habeo ppositum. Sed si dicatur tertium. s. q sit dare maximum arcū qui non sufficit. sit ille a. tunc sic. a. nō sufficit: sz quilibet maior a. sic. sit ergo q in presenti instanti illud ferrum habeat super se arcum a. & cum ille non sufficit retinere illud ferrū sequitur q pro hoc instanti illud ferrum non quiescit. sz immediate post hoc descendat tādiu q habeat super se arcuz sufficientem ipm retinere. postq̄ a. arcus nō sufficit. sed si immediate post hoc instās mouebitur. tunc immediate post hoc instās habebit maiorem arcum super se q̄ sit arcus a. & per cōsequēs immediate post hoc habebit arcum super se sufficientem ipm retinere. postquam a. arcus erat maior minus qui non potuit. & sic dictum ferrum immediate post hoc quiescet. & cum idem ferrum immediate post illud instans mouebitur. sequitur q illud ferrum immediate post hoc instās mouebitur. & illud ferrum immediate post hoc instās quiescit. & vlterius sequitur q sit dare vltimum instans esse motus. q; si dictum ferrum continue ante datuz instās descendisset vsq; ad hoc instās. tunc hoc instās videre esse vltimum instās esse illius motus. postq̄ immediate post hoc instās dictum ferrum quiescet. sicut iam dicebatur. vel deducebatur. ¶ Nec potest dici quartum. s. q sit dare minimum arcum qui nō potest. nec sufficit dictuz ferrum retinere. q; sic ille arcus nō sufficeret: sed minor eo sufficeret. & sic ad aliquem effectum producendum sufficeret minus ad qō nō sufficeret maius. qō ē inconueniens.

Oppositum arguit. potentia actiua terminatur minima resistentia in quā nō pōt. ergo potentia passiua terminat maxima potentia actiua a qua non pōt. añs patet ex precedente questione: consequentia probatur. nam detur aliqua potentia actiua & sit. a. & minima potētia passiua seu resistentia in quā non potest. & sit. b. tunc in. b. a. nō pōt. sed in. b. quodlibet maius. a. potest. ergo a. ē maxima potentia actiua a qua. b. non pōt pati consequentia pz per significationem eius qō est maximum a quo nō. prima pars antecedentis patet ex eo q. b. est minimum in qō. a. nō pōt. & si sic tunc in. b. a. nō pōt. secūda pars eiusdem antecedentis patet. q; quodlibet maius a. excedit. b. & cum quilibet excessus sufficiat ad motum ichoādum. & continuandum sicut probatur in precedēti questione. sequitur q quodlibet maius. a. potest in. b. tunc vltra. potentia passiua terminatur maxima potentia actiua a qua non potest pati. ergo non terminatur minima a qua potest pati. ¶ Secundo potentia actiua non terminatur maximo in qō pōt agere. ergo nec passiua terminatur minimo a quo pōt pati. antecedens patet ex precedenti questione. consequētia probatur ex eo q oppositum cōsequentis interimit antecedens. da enim oppositum cōsequentis. s. potētia passiua terminat minimo a quo pōt pati. ex hoc sequitur q illa potentia passiua est maximum in qō illa potentia actiua pt agere. & hoc repugnaret antecedēti. ¶ In ista questiōe primo ponēde sunt alique distinctiones de potentia passiua. secundo conclusiones.

Quantum ad primū sit prima distinctio. & ista etiā ponebat in alia qōne. potētiarū passiuaz quedā dicit receptiua solū. quedā aūt dicitur receptiua & cū hoc resistitiua. exēplū primi sicut ē materia prima. exēplū secūdi sicut ē aqua respectu ignis. ¶ Secunda distinctio. potētiarū passiuaz quedā ē passiua tm̄. & quedā cū hoc ē & actiua. exēplū primi. sicut ē vnū parvum frigidū qō patit ab vno magno calido a tā magna distātia. q; sz illo calidū posset agere in illud frigidum tm̄ illud frigidum propter nimiam distantiam non potest re agere in illud calidū exemplum secundi. sicut est frigidum quod patitur a calido: & cum hoc re agit in ipsum. ¶ Tertia distinctio potentiarum passiuarum. que cum hoc sunt actiue quedam dicitur cognitiua sicut est potentia visiua: quedam dicitur non cognitiua sicut frigidum qō patiendo a calido re agit in ipz. ¶ Quarta distinctio. potentiarum passiuarum non cognitiuarum que cum hoc sunt actiue quedam re agunt in agēs: vt frigidum in calidum. quedā aūt agunt in aliud ab agēte. vt medium illuminatum passum a lucido agit. q; calefacit. non tm̄ agens in ipsum puta solē. sed aliud ab illo. ¶ Quinta distinctio. potentiarum passiuarum quedam patiunt per abiectionem contrarij. sicut calidum cū patitur a frigido vl̄ econtra: quedam autem sine abiectione contrarij. sicut medium cum illuminatur. in huiusmodi enim illuminatione nō abijcitur aliquid qō sit contrarium lumini generato: ex eo q lumini nihil est contrarium.

Quantum ad secundum articulum sciendum est q potentia passiua potest cōparari vel ad potentiam actiuam a qua pōt pati. vel ad distantiam in qua vel vltra quā potest pati. vel ad effectum quē potest recipere & pati. vel ad tempus per qō potest pati vl̄ ad velocitatem qua potest alterari vel moueri. vel ad spacium super quo potest moueri motu locali. Et preterea ad hoc est aliqua potentia specialis. sicut visiua. que potest cōparari ad angulum sub quo pōt pati vel videre. tunc discurrendo per omnia ista sicut facius est in alia questione sit prima conclusio ista. potentia passiua resistitiua non terminatur minima potētia actiua a qua potest pati. probatur nam sit illa potentia actiua a. & passiua. b. tunc si. b. debet pati ab a. oportet q. a. excedat. b. ex eo q aliter a proportiōe equalitatis vel minoris inequalitatis fieret actio. quod est falsuz & etiam q; in omni actione agens debet esse prestanti⁹ passo. sed si. a. excedit. b. non potest excedere ipm excessu indiuisibili. cum nullus talis sit excessus. relinquitur ergo q excessu diuisibili. ergo cuz quilibet excessus sufficiat ad motum. sequitur q si a. per solam medietatem illius excessus excederet. b. adhuc. b. potest pati ab. a. sed tunc. a. esset minus q̄ ante erat. ergo. a. non erat minimum a quo. b. poterat pati. ¶ Secunda conclusio. nec potentia passiua talis terminatur maxima potentia actiua a qua potest pati. probatur ex eo q quicquid potest pati a magno potest pati a maiore illo. & si sic nullum est maximum. saltem finite potentie a quo talis potentia possit pati. ¶ Tertia conclusio. nec talis potentia passiua terminatur minima potentia actiua a qua non potest pati. q; tunc a tali non posset pati: sed a minori illa posset pati. sed hoc est falsum. ex eo q illud qō non potest pati a maiori non potest pati a minori. ¶ Quarta conclusio. talis potentia passiua terminatur maxima potentia actiua a qua non potest pati. probatur per sufficientē diuisionem. nam talis potētia passiua ab aliqua potētia actiua potest pati. & ab aliqua non. vel ergo datur minima a q̄ potest pati. vel maxima. vel minima a qua non. vel maxima a qua non. non primum per primam conclusionē nec. secundum per secundā. nec tertium per tertiam. relinquit ergo quartum. & hec est cōclusio. ¶ Unde hoc potest declarari exēplo. ponatur q potentia lenativa sortis. & resistē tia vnius libre sint equales. ita q precise tantum possit sor. in lenādo quantum potest libra in resistendo. tunc statiz sequitur q virtus sortis est maxima inter omnes potentias lenativas q̄ non possunt levare libram. q; nulla minor pōt levare. & quelibet maior pōt. ita q omnium non potentiū levare libram sortes ē fortissimus: exponendo ly fortissimus negative. & tamen ipse est debilior inter oēs potētes levare libram. & sic potentia actiua equalis resistentie est maxima a qua illa potentia resistitiua nō potest pati. & eadez potentia resistitiua est minima in quaz illa potentia actiua non potest agere. ¶ Sed contra istud diceres. videt q potētia actiua equalis resistētie nō sit maxima a q̄ potentia resistitiua non potest pati. nam tunc ab illa non. & a qualibet maiori potest pati. sed hoc videtur esse falsuz. quia potentia actiua posset

augeri insensibiliter. ⁊ tamen non propter hoc posset in illã resistentiam. verbi gratia. si potentia leuatiua sortis equalis resistentie vnius libre augeret insensibiliter non ꝓpter hoc leuaret ℔as. ¶ Respondetur. ꝙ sicut potentia actiua ẽt aucta insensibiliter. ita potest leuare per spacium insensibile. ⁊ sic forte sortes potest leuare sic ꝙ non perciperet se illud posse leuare: nec hoc est aliquod inconueniens. ¶ Ad hoc diceres. sed ista instantia magis pertinet ad aliam quẽstionem. si potẽtia actiua terminaretur minima potẽtia passiua in quam non potest. ſ. sibi equali. tunc cum visibile haberet se sicut potentia actiua respectu visus. sicut ꝑ̃ secũdo de anima etiam visibile terminaretur minima potentia visiua in quã non potest. ⁊ sic in illam non potest. sed in minorẽ ⁊ debiliorẽ illa posset. sed hoc est falsum. q̃ si aliquod visibile non potest agere in aliquã potentiam visiuam. multo minus põt agere in potentiam visiuam minorẽ ⁊ debiliorem illa saltem ceteris paribus. sicut patet ꝺ̃ se. ¶ Ad hoc respondetur ꝙ illud qñ dictum est de terminatione potentie actiue respectu potentie passiue intelligitur de potentia actiua agente in passiuam non coagentem nec concurrentẽ ad effectum. nec ad actionem illius potentie actiue. sed sic non est in proposito de visibili. ⁊ potentia visiua. q̃ visibile non solum causat visionem in oculo. nec potentia visiua cõcurrit mere passiue ad visionem. sed visibile per suam speciem vna cum virtute visiua actiue concurrente producũt visionem in oculo ⁊ in potentia visiua. ¶ Sed diceres. tũc idem ẽt agens ⁊ patiens respectu eiusdem. sed hoc videtur esse inconueniens probatio cõsequentie. q̃ respectu visionis potentia visiua ẽt tam agens q̃̄ patiens. ¶ Respõdetur ꝙ non est inconueniens idẽ esse partiale agens ⁊ totale recipiens respectu eiusdem. licet esset bene inconueniẽs idem ẽt totale agens ⁊ totale recipiens respectu eiusdem. modo dico ꝙ in proposito totale agens non est potentia visiua licet bene partiale. sed totale agens est aggregatum ex visibili ⁊ specie sensibili ⁊ potentia visiua ⁊ aliis concurrẽtibus ad visionem per eorum actionem. sed potentia visiua est totale recipiens. ¶ Quinta conclusio. omnis potẽtia passiua mere receptiua sicut est materia prima potest pati saltem q̃̄tum est ex se a quocunq; magno vel paruo agente sine termino. ꝑ̃ statim. q̃ quodlibet agens talem potentiam passiuam excedit. ¶ Deinde comparãdo potentiam passiuã q̃̄tum ad distantiam sit prima conclusio. ꝙ potẽtia passiua nõ cognitiua q̃̄tum est ex se põt pati a qualibet distãtia q̃̄tũcunq; magna vel parua ꝓbatur. q̃ quacunq; distãtia agens põt agere a tali distãtia potẽtia passiua põt pati ⁊ ideo si talis potẽtia passiua põt pati ab aliqua distãtia parua. tunc ab alia potentia dupla vel quadrupla põt pati a dupla vel a quadrupla distãtia. ⁊ sic vlterius. ⁊ sic talis potentia passiua non est terminata distãtia quãtum ad magnitudinem. Sed etiam probo ꝙ non quãtum ad paruitatẽ. q̃ talis potẽtia passiua non cognitiua non desinit pati propter paruitatem distãtie sicut bene desinit pati potentia passiua cognitiua. vnde frigidum nõ desinit pati a calido propter nimiã propinquitatem calidi ad ipsum. ĩmmo quanto calidum est propinquius frigido in tantum frigidum plus patitur a calido. ¶ Secũda cõclusio. talis potẽtia passiua respectu date potentie actiue terminat minima distãtia vltra quã non potest pati. ⁊ hoc a tali agẽte. ꝓbatur nam datum agens terminatur minima distãtia vltra quã nõ põt agere respectu date potẽtie passiue. ergo etiã econuerso potentia passiua data terminatur minima distãtia vltra q̃̄ non põt pati ab agente dato. ¶ Tertia cõclusio. potentia passiua cognitiua sicut est potentia visiua. ⁊ ẽ alia potentia passiua requirens moderatã distãtiã. terminatur ab vtraq; parte. ita ꝙ prope visum est vna maxima distãtia oĩum illarum in quibus non potest pati propter nimietatem distãtie. ⁊ de longe est vna minima distãtia in qua nõ potest pati propter magnitudinem. ⁊ illud potest probari ex his que dicta erãt q̃̄tum ad hoc de potentia actiua in alia questione. ¶ Quarta conclusio conformiter potest poni de angulo sub quo põt pati: ꝙ omnium paruorum angulorum qui non sufficiũt ad visum vnus est minimus. ⁊ ille est angulus rectus. ¶ Deinde comparãdo potentiam passiuam ad effectum sit conclusio ista. ꝙ potẽtia passiua receptiua potest recipere quẽcunq; effectum quem potentia actiua potest facere. ⁊ iõ quantum est de se materia prima est infinite receptibilitatis. nec repugnat sibi recipere caliditatem infinitam si esset qui causaret eam. ⁊ ita de alijs nisi tamen aliquid aliud impediat. ſ. vt cum hoc ꝙ potentia est passiua sit etiam actiua sicut est potentia visiua. ¶ De comparatione autem potẽtie passiue ad velocitatem ⁊ ad spacium dicatur omnino sicut dictum est de potentia actiua in precedenti questione. ¶ De compatione aũt eius ad tempus videbitur in sequẽti questione vna cũ potentia actiua.

Ad rationes ad primã dico ꝙ quando Aristote. dicit potentiam passiuã terminari minimo. intelligitur minimo numerabili sine fractione modo quo dicebatur in alia questione de maximo. Consimili modo ad secundam. ¶ Ad tertiam dico ꝙ retinere non est ꝓprie agere. sed bene est motum talis ferri impedire recte. sicut si duo homines eque fortes traherent se vnus ad vnam partem ⁊ alter ad aliam. vnus nõ bit ageret ꝓprie in alterum. sed vnus bene impediret alterum. ⁊ tale impedimentum potest bene fieri a proportione equalitatis. modo quo etiam dicebatur in alia questione de lapide vt octo in granitate posito super caput sortis vt octo in potentia. sic dico in proposito ꝙ in talis ferri descensu deuenitur ad aliquod primum instans in quo quiescit. ⁊ tunc relinquit super se minimum arcum qui ipm retinet ⁊ impedit ꝙ non potest descendere. nec propter hoc potentia passiua terminatur minima potentia actiua a qua potest pati. ex eo ꝙ illud impedire non est ꝓprie agere. Vlterius dico ꝙ ille idem minimus arcus qui sufficit ferrum retinere est maximus qui non sufficit ferrum attrahere. quod quidem attrahere est ꝓprie agere. Ecce ergo tunc maximam potentiam actiuam a qua non potest pati illa potentia passiua.

¶ Adhuc si prius virtus existit actu omni existet tempore ⁊c. Textu commenti centesimi trigesimisecundi. Questio. xvi.

Certum propositorum erat. vtrum omne ens habeat potentiaz respectu sue durationis per maximum tempus per quod potest durare. ⁊ arguitur primo ꝙ non. nam tunc sequeretur ꝙ durare per duplum tempus esset duple potentie. ⁊ durare per quadruplum tempus esset quadruple potentie. ⁊ durare per infinitum tempus esset infinite potentie. sed hoc est falsum. primo quia tunc celum esset infinite potentie ex eo ꝙ potest durare per tempus infinitum. secundo. nam tunc terra prope centrum etiam esset infinite potentie. quia talis nunquam corrumpetur. Sed durabit per tempus infinitum. ex eo ꝙ nunquam corrumpetur nisi a contrario sibi applicato. sed terra existente in centro nunq̃ applicabitur contrarium sibi. ¶ Consimiliter posset argui de igne existente in loco sibi naturali. ſ. in concauo orbis lune. ¶ Secundo ad principale si aliquod mixtum ficut homo haberet potentiam durandi per maximum tempus. vita talis hominis vltra illud tempus non potest prolongari. quod videtur esse contra medicos. consequentia videtur tenere ex hoc ꝙ vltra maximum non est maius. ⁊ etiam si vita eius vltra illud tempus prolongaretur. tunc illud tempus non fuisset maximum per quod ille homo poterat durare. ¶ Tertio. si entia sic essent determinata maximis temporibus quibus possent esse. ⁊ viuere. vtraq; illa mixta essent maioris potentie durative in quibus contraria essent magis adequata. consequens est falsum. consequentia probatur quia postquam corruptio fit a contrario tunc illa in quibus contraria sunt magis adequata minus cito deberent corrumpi. ⁊ per consequens dictus durare falsitas consequentis patet ex eo ꝙ homo non diutius. immo minus durat q̃̄ lapis in quo quidem lapide contraria minus sunt adequata q̃̄ in homine. ¶ Quarto. si aliquod

ens per tempus durat semper durabit. ergo questio falsa consequentia tenet. antecedens probatur. qz si aliquod ens per tempus durat. tunc per illud tempus potentia durativa resistens corrumpentibus est maior q̄ potentia corruptiua: sed q̄ diu ipsa est maior nunq̄ remittitur. ergo in fine illius temporis potentia durativa adhuc est tanta quāta erat in principio. ergo in fine illius temporis adhuc verum est dicere q̄ talis potentia durativa adhuc per tantum tempus potest manere sine eius remissione. ⁊ in fine illius adhuc per tantum. ⁊ sic semper. ⁊ sic si aliqua res totaliter potest durare per vnum tempus sine aliqua corruptione sui. videtur q̄ semper possit durare. videtur ergo q̄ entia nullam habeāt potentiā ad durādū. aliter enim videretur seq illud qđ dictū est. qđ tamen est falsum.

Oppositum videtur velle Aristo. in littera. ⁊ etiam in secundo de generatione. ¶ In ista questione. primo sunt ponende quedam distinctiones ⁊ cause corruptionis in generali. Secundo videndum est de causis durationis. Tertio videndum est de quesito.

Quantum ad primum sit prima distinctio. duplices sunt substantie. s. simplices ⁊ mixte. ¶ Secunda distinctio substantiarum simplicū quedam sunt corporee quedaz incorporee. Corporee sicut celuz ⁊ elementa. incorporee sicut deus ⁊ intelligētie. ¶ Tertia distinctio. substantiarum simplicium ⁊ corporeaz. quedam non habent materiam neqz contrarium. materiā quidem que sit subiectum generationis ⁊ corruptionis. sicut sunt orbes celestes. quedam autem habent talem materiā ⁊ contraria sicut sunt elementa. ¶ Quarta distinctio. substantiarum mixtarum quedam dicuntur homogenee quedam eterogenee. homogenee dicūtur quarum partes q̄titatiue suscipiunt predicationem nominis totius. sicut est lapis. vel lignum. vnde quelibet pars lapidis est lapis quelibet pars ligni dicitur lignum. eterogenea dicuntur quoruz non quelibet pars q̄titativa suscipit p̄dicationem nominis totius. sicut ē homo: vel leo vnde non quelibet pars quātitativa hominis ē homo. ¶ Adhuc pōt poni quinta distinctio. q̄ substātiarum simplicium materialium quedam dicuntur simplices tā substātialiter q̄ qualitative. sicut aqua frigida. quedā autem dicuntur simplices substaliter. sz mixte qualitative. sicut ēct aqua calefacta. ¶ Tunc sit p̄ma conclusio. ⁊ ꝫ de causis corruptionis in generali. omnis suba ꝺterminans sibi contrarium ē corruptibilis. probatur. qz oīs talis suba ē alterabilis. ex eo q̄ causa alterationis ē contrarietas. ⁊ qz talis substantia determinat sibi aliquam qualitatem habentem contrarium. sequitur q̄ per applicationem qualitatis cōtrarie qualitati quam determinat sibi illa substātia ē alterabilis. sed si ē alterabilis est corruptibilis. qz determinatum ē primo de generatione si alteratio ē potis tūc corruptio ⁊ generatio sunt possibiles: ex eo q̄ alteratio est ꝓpter generationem ⁊ corruptionem. ⁊ si non esset corruptio ⁊ generatio non esset alteratio. ergo omnis qualitas alterabilis ⁊ remissibilis est corruptibilis. ⁊ per consequens suba determinans sibi illam qualitatem ē corruptibilis. nā corrupta illa qualitate corrumpitur substātia que sibi illam qualitatem determinat. vnde sine tali qualitate talis substātia eē non potest. si. n. sit tunc ipsa sibi ipsam non determinaret. qđ ē contra hypothesim. ¶ Secundo ad idem. omne habēs materiā ē corruptibile. pz hoc primo phy. ⁊ pz hoc rōne. qz aliter potētia materie que ēct ad aliam formā frustraret. sed oīs distantia determinās sibi qualitatem habētem contrariū habet materiam. ergo omnis talis substātia est corruptibilis. ¶ Secunda conclusio nulla corruptio substātie est ab intrinseco primo. ⁊ voco corruptionem ab intrinseco primo cuius quelibet pars in q̄libet partem ēct actiua. ⁊ voco illam ab intrinseco non primo cuius vna pars bene est actiua in aliam ⁊ alterativa alterius. non tamē quelibet in quālibet. probat conclusio. omnis suba corruptibilis vel ē mixta vel simplex. si ē simplex ⁊ ē corruptibilis ipa est materialis. ⁊ p consequēs elemētaris. sed elemēta non hnt in se principia sue corruptōis. ex eo q̄ nō hnt in se q̄litates contrarias. si autem dicatur q̄ sit substātia mixta. adhuc non habet in se principium sue corruptionis primo. ex eo q̄ tunc quelibet pars eius in quālibet partem eius ēct actiua. ⁊ sic eadem ps in seipsam esset actiua. quod est falsum: ex eo q̄ eadem sibi non est contraria. ⁊ etiaz quia qđlibet ens diligit seipsum permanere. ⁊ p consequens. non est sui ipsius alterativum. nec dispositivuz ad sui corruptionem. ¶ Tertia conclusio. suba mixta eterogenea bene habet in se principium sue alterationis ⁊ corruptionis. nam primo patet de homine cuius vna pars determinat sibi maiorem caliditatem. alia minorem. que quidem partes bene mutuo se alterant. ⁊ se ducunt extra suas dispositiones naturales. ⁊ aliquando in tantum q̄ sequitur mors ⁊ corruptio. ¶ Quarta conclusio. substantie mixte homogenee si corrumpuntur ab intrinseco. non tamen ita cito sicut eterogenee. patet ex eo q̄ non est tāta diuersitas inter partes homogeneorum quanta est inter partes eterogeneorum. Et hoc est in qualitatibus alterantis. vnde in lapide partes nō differunt tantum sm caliditatem ⁊ frigiditatem sicut in homine differunt cor ⁊ cerebrum. ¶ Quinta conclusio. substantia corporalis simplex ⁊ substātialiter ⁊ qualitative nullo modo habet in se principium sue alterationis nec corruptionis. nec primo nec non primo probatur. nam aliter nō esset simplex substantialiter ⁊ qualitative. ¶ Sexta conclusio: suba simplex substātialiter. ⁊ mixta qualitative bene habet in se principium sue alterationis qua potest se trahere a sua dispositione innaturali ad naturalem. patet de aqua calefacta que se ipam alterat ⁊ trahit se ad frigiditatem priorem. nec valet dicere q̄ hoc faciat medium circunstans. nā aqua talis aliquando trahit se vltra maiorem frigiditatem q̄ sit frigiditas medij circunstantis. ⁊ cum nihil agat vltra gradum proprium concluditur q̄ medium circunstans nō est illud quod trahit aquam calefactam ad frigiditatez priorem. Ex his conclusionibus sequitur primo q̄ elementuz simplex corrumpitur vnico modo scilicet ab extrinseco. ab intrinseco enim corrumpi non potest: ex eo q̄ non habet in se principium sue alterationis a dispositione sibi naturali. sequitur secundo q̄ mixtum duplici modo potest corrumpi scilicet ab intrinseco ⁊ ab extrinseco. Ex quibus sequitur. tertio q̄ simplex debet magis durare q̄ mixtum. nam vbicunque ponitur mixtum habet circa se vel intra se principium sue corruptionis. sed simplex quando ponitur in loco sibi naturali licet habeat prope se principium sue corruptionis. non tamen intensum. ⁊ cuz hoc vbicunque ponitur caret principio sue corruptionis intrinseco. hec de primo.

Quantum ad secundum videndum est de causis durationis que sunt plures. quarum vna est. homogeneitas. quod statiz patet. ex eo q̄ eterogeneum corrumpi potest ab intrinseco ⁊ extrinseco q̄to ergo plus declinat ab eterogeneitate ad homogeneitatē tanto debilius efficitur principium sue corruptionis intrinsecum. ⁊ ideo nullum viuens ita diu potest durare sicut terra vel lapis. cum sit magis eterogeneum. ⁊ hoc ceteris paribus. ¶ Secunda causa est similitudo in qualitatibus loci continentis ⁊ rei contente. Et ideo locata magis durant in vno loco q̄ in alio. puta in illo vbi minorem habent cōtrarietatem ad qualitates loci. ¶ Tertia causa est duricies ⁊ resistentia passi in dividendo. ⁊ ideo forte duratio dicta est a duritie. qz magis dura magis durant. vnde diuisio alicuius facit ad citiorem corruptionem diuisi. ⁊ ideo que sunt dura ⁊ difficilius diuisibilia magis durant. ¶ Quarta est bona ⁊ fortis comixtio humidi cum sicco sicut patet quarto metheurorum. ¶ Quinta causa est latitudo complexionis. vnde aliqua sunt que statim propter modicaz variationem proportionis in primis qualitatibus corūpunt. sicut homo ⁊ alia que non sunt sicut ferz qđ pōt ferri valde calidū sine corruptione ꝓpter maiorē latitudinē sue cōplexionis. ¶ Sexta est tēperamētū in qualitatibus. vnde homo tēperatus in illis est lōgioris vite. ¶ Plures possent assignari cause durationis. sed iste ad presens sufficiūt. ¶ Tunc sit p̄ma conclusio. secūdū cōbinationē vel obuiationē ⁊ occurrēti am istarū causarum ⁊ aliarū si sint plures accipitur differē

tia in duratione rerum fm magis ⁊ minus .patet ex eo q magnitudo ⁊ paruitas effectus accipiuntur fm magnitudinem ⁊ paruitatem causarum.ita q vos debetis scire q non oportet si ad durationes vnius effectus concurrūt tres de dictis causis ⁊ ad durationem alterius alie tres.q ergo illi effectus equaliter durent.q; forte vna de istis facit plus quam omnes alie tres. ⁊ ideo oportet aduertere concurrē tiam causarum non fm q̄titatem discretam .sed fm vigorem ⁊ fortitudinem maiorem vel minorem causaꝝ. ¶ Ex quo sequitur q non oportet q si in tali mixto miscibilia seu contraria sunt magis adequata.q ergo illud mixtum diutius duret.q; forte vnum aliud mixtum sicut lapis vel ferrum licet non habeat illam causam sue durationis.tamē habet aliam fortiorem vel fortiores illa propter quas diutius durat.in lapide enim sicut arguebatur ad questionem contraria nullo modo sunt ita adequata sicut in homine. ⁊ tamen ipse diutius durat.quia latitudo sue complexionis est maior.quia est magis durus ⁊ magis potens ad resistendum qualitatibus cōtrarijs suis qualitatibus quas sibi determinat. ¶ Secunda conclusio est.quod non est corruptibile non habet contrarium.nec contrarium sibi determinat patet.nam cum contrarietas sit causa corruptionis si haberet contrarium vtiq; eēt corruptibile.cuius oppositum supponitur in conclusione. ¶ Tertia conclusio.quod non ē corruptibile non habet potentiam resistendi contrario .patet q; cum non habeat contrarium per precedentes conclusionem frustra haberet talem potentiam. ¶ Quarta cōclusio. quod non est corruptibile non habet aliquam potentiaꝫ ad durandum.probatur.nam potentia durandi non est aliud nisi potentia resistendi contrario vt suppono.sed q non est corruptibile non habet potentiam resistendi contrario per precedentem conclusionem.ergo quod non est corruptibile non habet potentiam ad durandum. ⁊ hoc dicit ꝟ conclusio. Ex quo sequitur q in celo cum sit incorruptibile non est aliqua potentia ad durandum. Ex quo sequitur vlterius q non valet hec consequentia.celum durabit per tempus infinitum.ergo celum habet potentiam durandi per tempus infinitum.nam consequens est falsum per precedens correlarium. ⁊ antecedens est verum. ⁊ per hoc soluitur vna ratio facta ad questionem.

Quantum ad tertium sit pria conclusio. q omne elementum simpler aliquando corrumpetur .probatur primo ex parte agētis. q; ignis in spera sua aliquando descendit ad locum sue corruptionis.p pter aliquam constellationem ipsum regentem. ¶ Secundo patet hoc idem ex parte materie.q; cuiuslibet elementi materia est in potentia ad aliam formam.sed talis potentia non perpetuo frustrat.ergo aliquando habebit aliam formam. ⁊ tunc corrumpetur illud elementum. ¶ Tertio p batur idem ex parte finis.q; elementa principaliter sunt p pter mixta. ⁊ ideo illud elementum eēt frustra q̄ nō aliq̄ veniret ad locum mixtionis.sed ipo veniente ad locū mixtionis corrumpitur ergo ⁊c. ¶ Secunda conclusio.omne mixtum aliquando corrumpetur patet. q; est corruptibile ⁊ ab intrinseco ⁊ ab extrinseco. ⁊ sic habet plures causas sue corruptionis q̄ simpler elm. ⁊ eque fortes. ⁊ ideo q; elm simpler aliquando corrumpetur per precedentem conclusionem:multo magis mixtum. ¶ Tertia conclusio. ꝺ quolibet ente naturali verum est dicere q est simpler elm vel mixtum q̄ per aliquod tempus potest durare. ⁊ per aliquod non.pz per precedentes duas cōclusiones. ¶ Quarta conclusio. q cuiuslibet entis naturalis corruptibilis potētia durandi est terminata vel maximo tempore vel minimo per q̄ potest durare vel maximo vel minimo per q̄ non.patet.nam ex quo per aliquod tempus potest durare ⁊ per aliquod non per precedentem conclusionez.oportet dare maximum tps vel minimum per q̄ potest durare. vel maximum vel minimū per q̄ non. ¶ Quinta conclusio.non est dare minimum tempus per quod res corruptibilis potest durare.probatur.nam.quocunq; tempore dato per q̄ data res corruptibilis potest durare eadem p minus tempus potest durare.Unde si aliqua res pōt durare per annum eadem res potest durare per medietatē anni ⁊ per medietatē medietatis ⁊c. ⁊ per ꝓns potentia durandi talis rei non est terminata minimo tēpore per q̄ potest illa res durare. ¶ Serta conclusio nō est dare maximum tempus vltra q̄ aliqua res corruptibilis potest durare. ꝓbat naꝫ si sic sequeret q esset dare vltimum instans esse talis rei.sed hoc est falsum.consequentia probatur.nam sit illud tps.a. ⁊.b.sit instans terminans exclusiue ipm tunc si.a.est tempus maximum vltra q̄ sor. verbi gratia.pōt durare. tunc vsq; ad.b.instans inclusiue q̄ terminat.a.tempus exclusiue sor.potest durare. ⁊ non vltra.q; si vltra a.tūc.non esset maximū tempus. vltra q̄ sor.potest durare.quia vltra maius potest durare.sed si sor.durat vsq; ad.b. instās inclusiue. ⁊ non vltra.tunc in.b. instanti verum erit dicere sor.modo est. ⁊ immediate post hoc non erit. ⁊ sic.b.istās erit vltimum.instās esse sortis.sed falsitatem istius probo sic.q; in.b.instanti potentia sortis non est indiuisibilis. ⁊ per consequens non subito corrumpitur. ⁊ per ꝓns tēpus erit anteq; corrumpatur. ⁊ per consequens.b. instans non est vltimum instans eē sortis. ⁊ ita arguerem de quacūq; alia re corruptibili. ⁊ de quocunq; alio instanti q̄ aduersarius diceret esse vltimū instans esse talis rei corruptibilis. ¶ Septima conclusio. non est dare maximum tempus per q̄ res corruptibilis non potest durare.probatur.nam quocū q; tempore dato per q̄ res corruptibilis non potest durare.est dare maius per q̄ non pōt durare.si enim nō pōt durare per minus etiam non potest durare per maius. ⁊ ideo inter tempora per que res corruptibilis non pōt durare nullum datur maximum. ⁊ hoc vult cōclusio. ¶ Octaua conclusio.bene datur minimuꝫ tempus vltra quod res corruptibilis non potest durare.probatur.nam per quartam conclusionem quelibet res naturalis corruptibilis terminatur maximo tempore vel minimo vltra quod potest durare.vel maximo vel minimo vltra quod non.sed non terminatur minimo vltra quod potest per quintā cōclusionem.nec maximo per sextaꝫ cōclusionem. nec maximo vltra quod non per septimā.ergo minimo vltra q̄ non .Et hoc dicit conclusio. ⁊ hoc est illud tempus q est terminatū exclusiue ad primum instans.non esse talis rei. ⁊ inclusiue a parte ante primo instanti esse eiusdem rei.q̄ quidem tēpus est mensuratiuum illius rei quantū ad durationez suā naturalem. ¶ Nona cōclusio.rei naturalis corruptibilis datur maximū tempus in quo pōt durare.pz.idē tempus q̄ est minimū vltra q̄ non potest durare est maximū in quo pōt durare.quia quādiu est aliquod instans intrinsecū talis tēporis illa res potest durare. ⁊ in nullo instanti extrinseco illa res potest durare.propter hoc q illud tēpus dictū est esse minimū vltra q̄ illa res non potest durare. ⁊ propter hoc dicto tēpore non daꝫ maius tēpus in quo illa res possit durare ⁊ in quolibet instanti illius tpis illa res potest durare. ergo illud tēpus est maximuꝫ tempus in quo illa res potest durare.Et ista cōclusio posita sit pro intentione Aristo. ¶ Decima cōclusio.nō oēs hꝫ potentiā sue duratōis per maximū tps per q̄ pōt durare.pz de rebꝰ incorruptibilibꝰ quaꝝ duratio nō est terminata nec terminabilis.

et ex hoc soluta ē pria rō vna cū vno correlario posito in arta quartā cōclusionē secundi articuli. ¶ Ad secdaꝫ cōfirmationē.nego q terra ppe cētrū sit incorruptibilis.imo dico q aliqn corrūpet.nā pp fluxuꝫ multaꝫ ptiū terre vna cū fluuijs fluentibus ad mare aliaꝫ ptē terre cooperiēs pars terre que ē mō vltra terrā centra lē fit grauior. ⁊ ps terre que est citra fit leuior p ablationem taliū ptiū terrestriū ab ipsa. ⁊ sic tandez ptes terre que mō sunt in centro aliquādo erūt hic in supficie. ⁊ tūc per applicationē suoꝝ cōtrarioꝝ corrūpent secūdū se totas. vel saltem fm suas partes. ¶ De igne autez modo existēte i cōcauo orbis lune quomodo aliquando corrumpetur dictuꝫ est in corpore questionis. ¶ Ad secundam principales de prolongatione vite dico q bene potest prolongari.sed non quātumlibet. vnde vita hominis non potest prologari vltra certam periodum vel durationem determinatam pro specie humana.ꝫ bene possit quantū est ex parte idiuidui.

ꝛ ad hoc valet medicina. ¶Ad tertiaꝫ nego consequentiã ꝛ causa negationis dicta est in corpore questiõis. ¶Ad q̃r tam. si aliquod ens per tempus durat semper durabit. nego. Et quando dicebatur. si durat per aliquod tempus in cuius fine est tante potentie sicut erat in principio adhuc ꝑt durare per tantum bene concedo. sed viterius dico ꝙ hoc non potest continuari quantũlibet propter motuꝫ celi. ꝛ cõ stellationes alias. ꝛ alias que sunt cause corruptionis. ꝛ generationis istorum inferiorum. sicut probat Aristoteles in secundo de generatione.

¶Manifestum autem ꝛ aliter ꝙ ipossibile corruptibile ens nõ corruptũ eẽ quãdoqꝫ ꝛc. Textu cõmẽti cẽtesimi trigesimi tertii. Nõ xvii.

Quartum ¶Propositoruꝫ erat. vtꝫ omne corruptibile necessario corrũpat. arguitur primo ꝙ non de partibus centralibus terre que sunt corruptibiles qꝫ composite ex materia ꝛ forma. ꝛ tamẽ nõ necessario corrumpentur. qꝫ non videt quomodo sibi posset applicari corrumpens. sicut est ignis aut aer que sibi sunt contraria. ¶Similiter sic potest argui de igne contiguo concauo orbis lune. Et confirmatur. qꝫ talia simplicia non senescunt. ergo non corrumpentur consequẽtia videtur tenere ex eo ꝙ corruptio videtur presupponere senectutem. antecedens patet. nam dicitur quarto methеorum ꝙ ignis non putrescit. ꝛ cum senectus sit quedam putrefactio sequitur ꝙ ignis non senescit. ¶Secundo arguitur de auro quod est corruptibile. qꝫ habet materiam. ꝛ tamen nunq̃ corrumpetur. prout alchimiste dicunt se eẽ expertos. qui habent artez corrumpendi omnia alia metalla ꝛ non habent artem corrumpendi aurum. ¶Tertio arguitur. de qualitate ſymbola que manet eadem in genito q̃ fuit in corupto. sicut est caliditas que manet eadem ĩ igne que fuit in are quando ex aere generatur ignis. si ergo ex aere fiat ignis. ꝛ ex igne aer absqꝫ hoc ꝙ illa materia aliqñ subijciatur forme aque vel forme terre. nunq̃ illa caliditaſ corrumpetur. ꝛ tamen est corruptibilis. ergo ꝛc. ¶Quarto lumen lune ad quod non attingit vmbra terre est corruptibile. ꝛ tamen nunq̃ corrumpetur. ergo non omne corruptibile necessario corrumpetur. consequentia tenet. prima pars antecedentis probatur. nam lumen lune ad qõ potest attingere vmbra terre ꝛ lumen lune ad quod non potest attingere vmbra terre sunt eiusdem speciei. sed primuꝫ est corruptibile. nam aliquando corrumpetur sicut in eclipsi lune quando terra diametraliter interponitur inter solẽ ꝛ lunam. ergo scõm etiam est corruptibile. ꝛ tamen nunq̃ corrumpetur ex eo ꝙ nunq̃ applicabitur sibi corrumpens. ¶Quinto aliquod corruptibile contingenter corrumpet. ergo non omne corruptibile necessario corrũpet. ꝓa tenet añs patet de sorte qui forte eras a casu occidetur. mõ qõ a casu corrumpet contingenter corrumpet.

Oppositum videtur velle Aristo. ꝛ commẽtator. ¶In ista questione prioponã aliquas distinctiones. Secundo conclusiones.

Prima distinctio est ista. ꝙ refert dicere omne corruptibile necessario corrumpet. ꝛ dicere omne corruptibile corrumpi est necessarium. prima. n. est diuisa. ꝛ secunda est composita sicut scitur ex logica. ¶Secunda distinctio de corruptibili. ꝙ corruptibile vno modo dicit de omni illo qõ potest corrumpi. siue sit. siue nõ sit. ꝛ scm illam acceptionem diceremus antrm esse corruptibilem. ꝛ ita largꝫ non accipitur corruptibile in proposito alio modo sumitur corruptibile ꝙ omni illo quod est ꝛ potest corrumpi. ꝛ sic accipit corruptibile in ꝓposito. ꝛ dicit de substantia corruptibili. ꝛ similiter de accidente corruptibili. ¶Tertia distinctio ꝙ duplex est potentia. scilicet naturalis ꝛ supernaturalis.

Tunc sit prima conclusio. scõm potentiam supernaturaleꝫ non oportet ꝙ omne corruptibile aliquando corrumpat. ꝓbat. nam talis potentia posset aliq̃ rem corruptibilem ex se perpetuare ꝛ conseruare in ꝑpetuum. ¶Sed diceres si talis res ꝑpetuabitur tunc est ꝑpetua. ꝛ si est perpetua tunc non est corruptibilis. ¶Respõdetur concedendo ꝙ si talis res perpetuabitur ꝙ tunc est perpetua. Ulterius tamen concedo ꝙ eadem res que potest perpetuari potest corrumpi ꝛ econuerso. Unde concedo ꝙ corruptibile potest esse perpetuum: ꝛ perpetuum ꝑt corrumpi. nego tamen istam possibile est corruptibile esse perpetuuꝫ ꝛ possibile est perpetuũ esse corruptibile. ¶Pro dictam tamen conclusionem non concederet Aristo. licet nos fm fidem nostrã ipsam cõcedere debeamus. ¶Tũc sit alia conclusio secunda fm pm. omnis substantia corruptibilis corrumpet. probatur primo ex pte materie. qꝫ ois substantia corruptibilis habet materiã que semp est in potentia ad essendum sub alia ꝛ alia forma: ꝛ cum talis potentia non sit ꝓpetuo frustra. sequit ꝙ aliquãdo reducetur ad actum. ꝛ tunc recipiet vnam aliam formam a forma quaꝫ iam habet. ꝛ tunc oꝫ formam precedentem corrumpi. cuꝫ non sit possibile fm potentiam naturalẽ tales duas formas stare simul in eadem materia. cum aũt talis forma ꝑcedẽs corrumpitur. etiam substantia composita cuius illa est pars. ſ. essentialis corrumpit. ¶Secundo ois substantia corruptibilis vel est simplex vel mixta. si simplex ipa aliquando corrumpet sicut pꝫ de elementis. qꝫ materia eoꝝ semp appetit esse sub alia ꝛ alia forma. si autem mixta itez aliqñ corrumpet: qꝫ si est mixta ꝛ cõmiscibilia ex quibus ẽ mixta sint cõtraria. ꝛ continue agant ꝛ patiant adinuicem. sequitur ꝙ aliqñ corrumpet. ¶Tertio ratione Ari. si aliqõ corruptibile posset semp durare sequeret ꝙ idẽ põt nõ esse ꝛ non potest non esse. ꝓbat. consequentia. qꝫ sequit est. corruptibile. ergo habet aliquam potentiam resistendi contrarijs. ꝛ tunc si potest resistere ꝑ infinitum tempus habet potentiam infinitam intensiue. ergo a nullo contrario põt remitti vel corrumpi illa potentia. quia infinitum non potest pati a finito nec ab infinito. ꝛ sic illud est incorruptibile qõ ponebant corruptibile. ꝛ vltra. ergo non potest non esse. ꝛ quia est corruptibile põt non esse. ꝛ sic potest non esse. ꝛ non põt non esse. qõ est probandum. ¶Quarto ois substantia corruptibilis habet finitam potentiam sue durationis. vt dicebatur in precedente questione. ergo aliquando finietur talis potentia. ꝛ per ꝓns tunc talis substantia corrũpet. ¶Tertia cõclusio. nulla suba corruptibilis necessario corrũpit. ꝓbat ois suba corruptibilis cõtingenter corrũpetur. ergo nõ necessario. ꝓa tenet. antecedens ꝓbat. nã ois substãtia corruptibilis vel corrumpet ab intrinseco vl ab extrinseco. si ab extrinseco hoc est per applicationẽ contrarij. talis autem applicatio per libez arbitrium põt impediri. ꝛ sic contingenter corrumpet ab extrinseco. si autem corrumpetur ab intrinseco. hoc est ex eo ꝙ vnũ elementũ dominat sup alia. ꝛ est fortius sup alia. modo actio elemẽti fortioris etiam potest impediri. puta ꝑ aliquã medicinaꝫ vel huiusmodi. ¶Quarta cõclusio: de intentione Ari. hec est necessaria. omnis suba corruptibilis corrumpet. ꝓbat qꝫ necesse est ita eẽ sicut ipa significat. pꝫ. quia si nõ tũc eꝝ oppositũ stabit. ſ. aliqua substãtia corruptibilis nõ corrumpet. modo hoc est falsuꝫ. ꝛ cõtra scõaꝫ ꝓclusionẽ. ¶Sed dices tu. iaꝫ diristi de substantia corruptibili ꝙ aliquando corrumpet. quid diceres tu de accidentibus corruptibilibus. vtꝫ aliquod tale corruptibile nunq̃ corrũpet. Distinguo de accidentibus. ꝙ quedam sunt accidentia que corruptibilia sunt ꝑ se sicut caliditas. vel ex cõsequẽti sic albedo. alia sunt accidentia corruptibilia nõ a suis ꝓtrarijs ꝑ se. vel ex ꝓsequenti. sed ꝓp absentiam conseruantis. sicut ẽ lumẽ. vel species in medio. De accidentibus primo mõ dicũ dicendum est sicut dictum est de substãtijs corruptibilibus. ¶De accidẽtibus aũt secũdo modo dictis sit qnta ꝓclusio ꝙ qõlibet tale est corruptibile. ꝛ tñ possibile est ꝙ nũquaꝫ corrumpat. sicut prius arguebatur de lumine. vñ lumen de natura sua non repugnat qn corrumpat. ꝛ tamen aliud de sicut ꝑ pntiã ꝓseruãtis potest ꝑpetuo ꝓseruari. Et rõ est. quia tale accidẽs non habet contrariũ positiuꝫ. ꝛ ideo nullius est virtutis ad resistẽduꝫ ꝓtrario. ꝛ propter hoc nõ oportet ſi nunquã corrumperetur: sed duraret ĩ ꝑpetuum

ꝙ ergo haberet virtutem resistendi infinitam. ¶Sed dicere. contra. nam si talia accidentalia sunt corruptibilia ⁊ possibile est ꝙ nunq̄ corrumpantur. sequitur ꝙ potēta eorum ad corruptionem est frustra. ¶Respondetur distinguendo de potentia ꝙ quedam est potentia ad contrarium positionum. sicut frigidum est in potentia ad calidum ⁊ si materia nunc frigida que potest esse calida nunq̄ haberet caliditatem potentia talis materie ad caliditatem diceretur eē frustra. ⁊ talem potentiam frustrari perpetuo non concederet pbs. alia est potentia ad privationem eo modo quo nunc existens medīū illuminatū potest fieri vmbrosum. ⁊ talē potētiā frustrari non est inconueniens. nec talis est potētia nisi conditionaliter. ex hoc pōt solui instantia.

Ad rationes ad primam. s. de partibus cētralibus terre. ⁊ de igne in cō cauo orbis lune. dico qđ dictum est in alia questione quomodo aliquando corrumpetur. ¶Ad confirmationez q̄ dicebatur simplex non est sensibile. dico ꝙ immo. ꝛ tamē q̄ omnis senectus fit per alterationez. ⁊ mixta continue alterantur. ideo continue senescunt per processum temporis sed q̄ simplicia sicut ignis in spera sua. ⁊ partes centrales in centro per multos annos non alterantur. etiam per multos annos non proprie senescunt. ꝛ appropinquent corruptioni. sed statim cum alterantur senescunt. non tamen per putrefactionem quemadmodum mixta. sed per dispositionem eorū ad corruptionem factā per eorū ꝓria. ¶Ad secūdam de auro. dico ꝙ immo aliq̄ corrumpetur. ⁊ quando arguitur alchimiste non possunt ipm corrumpere per artē suam. ergo non corrumpetur. neganda est consequentia. q̄ natura multa pōt quemon potest ars. vnde q̄uis ars bene disponat ad corruptionem. tamē non potest eam cōplere. hoc tamen potest natura. ⁊ ideo natura vigorosior est ad corrumpendum q̄ ars. ¶Ulterius dico ꝙ bene aurū pp diuturnitatem suam ⁊ breuitatem vite hominum videtur qđ nunquā corrumpatur. ꝛ ita non sit. ¶Ad tertiā de qualitate symbola. dico ꝙ necesse est aliquando in aliqua reuolutione celi ꝙ illa materia que est sub forma aeris vel ignis aliquando fiat sub forma terre vl aque. nec est possibile ꝙ ita perpetuo ex aere fiat ignis ⁊ ecōuerso. mō quādo mā aeris vel ignis erit sub forma terre vel aque tunc talis caliditas de qua arguitur corrumpitur. ⁊ ita dico de qualz alia materia ꝙ talis est cursus nature ꝙ quelibet portio materie sub qualibet specie fuit infinities ⁊ erit. ꝛ forte non ordine eodem. ⁊ hoc suppositā eternitate quā credidit Aristo. ¶Ad quartam de lumine. lumen ad qđ non attingit vmbra terre pōt dici secundum ꝙ dictum est in quinta cōclusione. aliter pōt dici ꝙ non est aliquod lumen lune quin corrumpat. licet aliquod aliquādo corrumpat per vmbram terre. aliquod etiam corrumpitur aliunde. vnde ꝓpter motum solis pōt dici ꝙ in luna continue est aliud ⁊ aliud lumē ꝓpter diuersum aspectum quem sol habet ad lunam. vnde in medio illuminato a sole in quolibet instanti est alind ⁊ alind lumen. pp hoc ꝙ in quolibet instanti sol hz aliū ⁊ aliū aspectum super illud medium. ¶Ad quintam concedo totum argumentum. q̄ nihil de necessitate corrumpet sicut dixit tertia cōclusio. cū hoc tamen bene stat ꝙ sortem ⁊ fil̄r platonem ⁊ quācunq̄ aliam substantiam corruptibilē corrumpi est necessarium. Et sic est finis questionis.

¶Est autem ⁊ sic videre ꝙ ipossibile aut qđ factum est quādoq̄ incorruptibile aliquid perficere. Aut ingenerabile ens ⁊ semper prius qđ corrūpi ⁊c. Textu commenti centisimi trigesimi quarti.

Questio xviii.

Utrum propositorum erat. vtruz aliquid de nouo genitum possit perpetuari. ⁊ aliquod eternum possit corrumpi. i. vtrū aliquod nō perpetuz a pte ante possit perpetuari a parte post. ⁊ aliquod perpetuum a parte ante possit non esse perpetuum a parte post. ¶De primo arguitur primo ꝙ sic de anima intellectiua que est non perpetua a parte añ. cum cuilibet hois aīa intellectiua de nouo incipiat eē illo homine incipiente esse. ⁊ tñ est perpetua a parte post. ¶Scōo. nā aliquis ignis pōt de nouo generari. ⁊ in concauo orbis lune vbi est locus naturalis ignis poni. ⁊ ibi perpetuari sicut arguebatur prius. ¶Deinde arguit de scōo. nā possibile est ꝙ aliquis mons fiat nouiter in terra. rōne cuius in aliqua pte celi causetur vmbra. ⁊ corrumpatur lumen quod perpetuo ante fuit. ⁊ sic perpetuum a pte ante non perpetuabit a pte post. ¶Scōo nam potentia materie ad formā sortis fuit ꝓpetua a parte ante. que modo est corrupta in aductu forme sortis. ¶Deinde arguitur simul ad vtrāq̄ partem questionis. nā non videtur esse impossibile ꝙ aliquid sit finitum ab vna pte ⁊ infinitum ab alia. ergo nec videtur esse impossibilis prima pars questionis neq̄ secunda. añs probatur de linea gyratiua transeunte per omnes partes ꝓportionales alicuius colūne. que est finita ex vna parte. ⁊ infinita ex alia vnde est finita versus partes proportionales maiores. ⁊ infinita eundo versus partes proportionales minores. ¶Hoc idem videtur de tempore preterito. qđ a parte ante dicitur perpetuum. ⁊ a parte post non perpetuū. tempus autem futurum a parte ante dicitur non perpetuū. a a parte autem post dicitur perpetuum.

Oppositum videt velle Aristo. ⁊ cōmentator. vnde pōt argui sic. semper ens ⁊ semp non ens sunt contraria. ita ꝙ semp ens necessarium est. ⁊ semper nō ens est impossibile. ergo medīū iter ea videt esse contingēs. sicut est illud qđ est aliquando ens ⁊ aliquando nō ens. ergo quicquid est ⁊ aliquando nō fuit est cōtingens. ⁊ per ꝓns pōt non eē. ⁊ cum potentia nō sit ad ꝑteritū sed ad futurū. sequitur ꝙ tale quantū ad futurū potest non esse. ⁊ cum talis potentia non frustrabitur ꝓpetuo tempore. sequitur ꝙ hoc aliq̄n non erit. ⁊ sic non erit ꝓpetuum a parte post. ¶Per istam rōnem videtur posse ꝓbari ꝙ non perpetuum a pte ante non est perpetuz a pte post. Et sic si anima intellectiua icepisset esse de nouo nō perpetuaretur a parte post. ⁊ sic esset improbata prīa pars questionis. ¶Secūdo contra eandem partem arguit sic. si aliqđ esset nō ꝓpetuum a pte ante. ⁊ perpetuum a parte post. sicut solemus dicere de aīa intellectiua. tunc eēt dandum vnū tempus infinituz per qđ illud ꝓpetuo nō fuisset a pte ante. ⁊ tunc nō eēt ratio quare talis res magis incipe ret eē in vno instāti q̄ in alio. ex eo ꝙ in tpe infinito vnuz instans nō hz magis rationem medij vel termini quā reliquum. ⁊ sic si talis res p tps infinitum non fuisset nunq̄ eē incipet. ⁊ sic non eēt ꝓpetua a pte post. ¶Deinde arguit cōtra ambas ptes qōnis simul. nā si ambe ptes qōnis essent vere. sequereē qđ essent concedēda plura infinita. cui⁹ oppositū vult cōmētator. ꝓbat ꝓña. nā ꝙ re nō ꝓpetua a pte ante ⁊ ꝓpetua a pte post oporteret ꝓcedere vnū tps infinitū p qđ illa res ꝓpetuo duraret a pte post. ⁊ ꝙ re ꝓpetua a pte añ ⁊ nō ꝓpetua a pte post oporteret ꝓcedere aliud tps infinitū p qđ illa res ꝓpetua durasset a pte añ. ⁊ sic oporteret ꝓcedere duo tpa infinita. vnum a pte añ. aliud a parte post.

Pro respondendo ad istā qōnē distinguendū ē de ipoſſi vnomō. accipit ipoſſe solū ꝙ illo qđ iplicat ꝓtradictionē ⁊ poſſe ꝙ oī illo qđ ñ iplicat ꝓtradictionē aliomō accipit ipoſſe ꝙt extendit se ad illud qđ non potest fieri scōm cursuz nature. licet possit fieri p potentiam supernaturalē ⁊ poſſe soluz pro illo quod potest fieri scōm. cursum nature.

Tunc sit prīa ꝓcō. capiēdo ipoſſe 2° ipoſſe ē ꝙ aliqđ ꝓpe tuet. ꝓbat. nā hoc eēt extra cursuz nāe. cū tale bēat in se ȝria q̄ fūt ꝓn^a^ sue corruptōis. vel aliq̄n applicabitur suo ȝrio ipm corrūpenti. ¶Scōo qđz tale ē suba corruptibilis vel accidēs corruptibile a suo ȝrio ꝙ se vl ex ꝓnti. sed oē tale aliquādo corrūpet ꝙ ꝓcedentē ꝓclusionē. aliter. n. sicut diceba tur in ꝓcedenti qōne haberet ifinitā potentiā resistēdi suis cōtrarijs. sciendū tamē ꝙ cū illa ꝓclusione bñ stat ꝙ aliquod tale bene posset perpetuari per potentiam supernaturalē. ¶Secunda conclusio. vniuersaliter de omni de nouo ge-

nito determinante sibi ꝓtrarium impossibile est loquendo iterū de impossibili secundo modo ipsuz ꝓpetuari. ꝓbatur sicut p̄cedens. ¶ Ex ista cōclusione sequitur ꝙ si anima intellectiua est forma inherens materie determinās sibi q̄ntū ad suum esse qualitates habentes ꝓtraria fm cursum nature non est perpetua a parte post si non est perpetua a parte ante. ¶ Si autem vellemus dicere ꝙ anima intellectiua q̄tum ad esse in corꝓe ⁊ q̄tum ad exercere operationes corꝓorales indigeret qualitatibus habentibus ꝓtraria sed non indigeret talibus q̄tum ad esse suum simpliciter diceretur ꝙ non esset incōueniens ipsam extra corꝓus manere perpetuo. Sed forte hoc philosophus non ꝓcederet. licet nos fm nostram fidem ⁊ veritatem ꝓcedere debeamus. ¶ Tertia conclusio. si aliquod est de nouo genitum vtēdo generatione ꝓo inceptione: ⁊ non habet cōtrariuz nec determinat sibi cōtrarium sicut est lumen. possibile est q̄liter cunq; accipiat possibile illud perpetuari q̄tum est ex se. i. non repugnat sue nature. ꝓbatur. quia ex quo tale nō habet ꝓtrarium nec determinat sibi ꝓtrarium nō habet potentiam resistendi ꝓtrario. ⁊ ideo nō obstante ꝙ ꝓpetuarē nō ꝓpter hoc oꝑtet ipsum habere potentiam infinitā durationis ꝓout potentia durationis est idem quod potentia resistendi corꝛumpentibus. ita ꝙ breuiter entia talia nō determinantia sibi ꝓtraria sic se habent ꝙ possunt corꝛūpi accipiendo corꝛuptionez ꝓout extendit se ad quācunq; desitionem. ⁊ possunt perpetuari. ⁊ hoc aliunde. ꝓpetuari q̄dē fm perpetuam cōseruationem conseruantis si aliquod eēt tale. ⁊ corꝛumpi per absentiam conseruantis. ⁊ illud intelligitur de talibus que cōseruantur a cōseruantibus. quibus non repugnat ꝙ possunt mutari ⁊ non mutari. ¶ Quarta conclusio impossibile est materiam perpetuaz a parte ante non esse perpetuaz a parte post. ꝓbatur. q̄ si ipsa desineret esse vel per corꝛuptionem vel per annihilationē: vtrūq; est impossibile. non per corꝛuptionem. q̄ corꝛuptio ꝓprie relinquit post se materiam que fuit pars corꝛupti. modo si materia corꝛumperetur materie esset materia quod est falsum. nam tunc materia non esset simplex. etiam esset ꝓcessus in infinitum in materiebus: nec potest dici ꝙ materiam esse nō perpetuam a parte post sit possibile per annihilationem q̄ talem annihilationem oporteret fieri per primam causam que est imutabilis. sed si perpetuo materiam conseruauisset in esse. ⁊ nunc eam annihilaret prima causa videretur esse mutabilis. ita argueret cōmētator. ¶ Quinta cōclusio. celum perpetuuz a parte ante esse non perpetuuz a parte post est impossibile. ꝓbatur. q̄ celum conseruat in esse imediate a causa imutabili. ideo si talis perpetuo ipsuz cōseruasset. ⁊ modo non talis causa videretur esse mutabilis. ¶ Sexta cōclusio. aliquā intelligentiaz citra primā perpetuam a parte ante esse nō perpetuaz a parte post est impossibile. ꝓbatur sicut p̄cedēs. ¶ Iste cōclusiones de substantia debent intelligi de impossibili fm cursum nature. ¶ Septima cōclusio. primā causaz esse non perpetuam a parte post est impossibile. ꝓbatur. q̄ si desineret esset hoc esset vel a se vel ab alio. non a se. q̄ tunc aliquid esset destructiuum sui ipsius: nec ab alio. q̄ tunc aliquid esset potenti⁹ prima causa. ⁊ sic prima causa non esset prima causa. quod implicat. ¶ Secūdo dato opposito cōclusionis prima causa esset mutabilis: quod est impossibile. ¶ Octaua cōclusio. aliquā substantiam esse perpetuaz a parte ante ⁊ non perpetuaz a parte post est impossibile. ꝓbatur. omnis substātia perpetua a parte ante vel est materia prima. vel celum vel intelligentia citra primam vel ipsamet causa prima. sed de qualibet istaruz est verū dicere ꝙ ipsam nō eē ꝓpetuaz a parte post est impossibile. sicut dixerunt cōclusiones precedentes. igit ⁊c. Et est differentia q̄tum ad hoc de substantijs perpetuis a parte ante. ⁊ de accidentibus. quia si aliqua sunt talia accidentia illa non dependent immediate a causa non mutabili. sed mediate: ⁊ imediate a causa mutabili. ⁊ ideo non inirum si talia accidentia perpetua a pte ante si aliqua sint talia possint eē non perpetua a parte post: licet

Ad rationes boc nō sit possibile ō substātijs.

Ad primā. Aristo. ⁊ Cōmēta. dixissent animā itellectiuā non incepisse de nouo. sz eē ꝓpetuam tam a parte ante q̄ a parte post. ⁊ eē vnā numero in oībus hoibus. cui⁹ determinatio magis ptinet ad tertium de aia. ¶ Ad scōaz de igne dictū est pri⁹ in cōne p̄cedente cōnē istā. ¶ Ad aliā diceret ꝙ illa iret ꝓ tertia cōclusione. Uel pōt dici suppositā eternitate mundi quam credidit vel determinat Aristo. ꝙ terra non posset augeri in aliqua pte quin aliquādo fuisset ibi aucta isto modo ante multa secula. ⁊ sic nullū eēt lumē nec fuisset lumē in celo ꝓpetuz a parte ante qđ nūc corꝛumperet vel aliq̄ alias corꝛumperetur. ¶ Ad aliaz de potentia materie respectu forme sortis nunc gentle. dicendū ꝙ talis potētia in aduētu forme sor. nō corꝛumpetur. q̄ talis potētia nō ē aliud a materia. nihilominus materia desinit eē in potētia ad talez formā: ad istuz intellectum ꝙ talis ꝓpositio desinit eē vera. materia est in potētia ad talem formā. ¶ Ad vltimā. nō est incōueniēs ꝙ aliquid sit infinitū ab vna parte ⁊ infinitū ab alia. dico ꝙ imo ⁊ quādo dicebat de linea gyratiua. dico sicut prius dicebatur ꝙ nulla linea gyratiua est infinita nec ad vnā partez solū nec quomōlibet aliter. quia nec illa que gyrat duas partes colūne. nec que gyrat tres ⁊c. nec que gyrat omnes partes ꝓportionales. q̄ nulle sunt omnes. q̄ nec due sūt omnes: nec tres sunt oēs. ⁊ sic de alijs. ¶ Ad ꝓbationē dico etiā ꝙ nullū ē nec fuit tēp⁹ ꝑteritū infinitū. q̄ nec dies. nec septimana. nec mensis nec annus: nec duo anni. nec tres anni. ⁊ sic de alijs. nihilomin⁹ bñ ꝓcedo ꝙ infinitū fuit tēp⁹ ꝑteritū. q̄ quātolibet tempore preterito dato maius fuit tempus preteritum. nec hoc est contra predicta. ꝓportionaliter est dicenduz de tempore futuro.

Deinde ad rationes post oppositaz que videntur probare vnūm esse aliter ꝙ nullum ens siue ſuba siue accidens de nouo genitum posset perpetuari. et nullum perpetuum a parte ante potest corꝛūpi. qđ videt esse ꝓtra tertiam ꝓclusionē. ¶ Ad primā quādo dicit semp ens ⁊ semp nō ens sunt ꝓtraria. placet mihi. sed semp ens est necessariū. hoc potest negari. q̄ aliqd pōt eē semp ens qđ tamē nō necessario semp est ens. sed ꝓtingēter. Iteruz semp nō ens nō est ipossibile. q̄ Antixp̄s pōt semp nō esse ens absq; hoc ꝙ ipossibile sit ipsum esse ens. ⁊ sic negaret fundamētū isti⁹ rōnis. ¶ Et vlterius qñ dicebat. si aliquid nō eēt semp ens nec semper non ens. tūc eēt ꝓtingēs. placet mihi. ergo potest nō eē. adhuc placet mihi. ergo nō ꝓpetuabit negat ꝓna. ⁊ qñ dicebat tūc talis potētia ad nō esse frustraret. ℟ espōdet sicut dicebat i p̄cedēti cōne nō esse incōueniēs potētiā frustrari que nō est ad aliqđ positiuū ex hoc ad argumentū patet. qđ sit dicēdū. ¶ Ad secūdaz segt ꝙ esset dare vnū tēpus infinitū per qđ illud ꝓpetuo nō fuisset. nego. sed sufficit ꝙ infinitū fuerit temp⁹. hoc est quātolibet tempore maius fuerit tempus in quo non fuit. ⁊ sic etiam illa ratio non ꝓcedit. qua arguebatur ꝙ nō esset ratio quare magis inciperet esse in vno instanti q̄ in alio.

¶ Quod quidē ingenituz ⁊ corꝛuptibile ⁊ qđ ⁊ corꝛuptibile igenitū. Textu ꝓmēti cētesimi vigesimi quinti. Consequūtur ergo adinuicē genitū ⁊ corꝛuptibile. Textu ꝓmēti centesimi vigesimi octaui.

Questio. xix.

Textum propositorum erat. vtruz generabile et corꝛuptibile conuertantur adinuicem. ⁊ similiter ingenerabile ⁊ incorꝛuptibile. ⁊ arguit primo ꝙ non. omne corꝛuptibile aliquando corꝛumpet per predicta in ꝓcedenti questione. sed non omne generabile corꝛumpetur. ergo non omne generabile est corꝛuptibile. discursus est bon⁹. q̄ in baroco. ⁊ maio⁹ pz. minor ꝓbatur. nō omne generabile gnābit. igit nō omne generabile corꝛūpet. ꝓna tenet. nā si aliqđ gnābile dz corꝛūpi oportet ꝙ pri⁹ generet antecedēs ꝓbat. ꝑmo. quia ex hoc vino est generabile acetum. ⁊ tamen forte nunq; generabitur. quia prius vinum potabitur. Secundo ista mulier que est perfecta et apta.

est tamen quod si consideremus ad motum nutritionis. bene differunt sursuz ⁊ deorsum in animalibus ⁊ plantis. quia illa pars in illis dicitur sursum per quam sumitur alimentum. ⁊ pars illi opposita dicitur deorsum per quaz eiscitur alimentuz. sicut dicit Aristo. in de morte ⁊ vita: sed celum sicut clarum est non indiget talibus partibus. Si etiam consideramus quantū ad motū sensationis. bene sursum ⁊ deorsum distinguuntur in animalibus in ordine ad illū motū: sed non in celo. vnde in animali dicimus illā partem esse sursum vbi est maior congregatio organoꝝ requisitoꝝ ad sensationē. sed illā dicimus deorsum vbi minor. tales aūt partes non sunt in celo. nec celū talibus idiget. ex eo ꝙ sicut dictū est prius ipsuz non sentit. ¶ Tertia conclusio est ista. propter nobilitatē partiū celi vnus polus debet dici sursum ⁊ alter deorsum. ⁊ hoc si dicte sex differentie positionis distinguanť in celo naturaliter. probatur. nā in quo cunq; corpore dicte sex differentie distinguuntur naturaliter. ⁊ non solū respective. sursum dicit nobilior pars. ⁊ deorsum minus nobilis pars. sicut patet in homine. ¶ Quarta conclusio. polus nobis occultus. sicut est polus antarcticus debet dici sursum. ⁊ polus arcticus deorsum. probať. nā inter partes quarū vna dicitur sursum ⁊ alia deorsuz ⁊ hoc naturaliter ⁊ non respective. soluz nobilior pars debet dici sursum per precedentē conclusionē: sed circa polū nobis occultū est nobilior pars celi: q̄ circa polum nobis manifestū dicitur enim ab aliquibus astrologis ꝙ ibi sunt nobiliores stelle. q̄ hic circa polum nobis apparentē. ⁊ maiores in magnitudine ⁊ influentia. ⁊ illud intelligendū est de polis primi mobilis.

Ad rationes Ad primā nego ꝙ non sit alia differentia inter polos q̄ ꝙ vnus terminat aerē mūdi ab vna parte ⁊ alter ab alia. imo est alia secundū ꝙ hā dicebatur. ¶ Ad secundā terra habitabilis magis declinat ad polū arcticū: admitto: ⁊ quando dicebatur. sed terra habitabilis dz eē versa versus nobiliorē partē celi. breuiter dico ꝙ in celo totali duo sunt consideranda. scilicet orbes planetaꝝ. ⁊ primū mobile. ¶ Ulterius dico ꝙ aliter est sursum ⁊ deorsum assignandū quantū ad orbes planetaꝝ. ⁊ aliter quantū ad primū mobile. scdz ꝙ diffusius declarabo in sequēti questione. Modo dico ꝙ non oportet terrā habitabilē esse versam versus nobiliorez partē primi mobilis sed sufficit ipsam esse versam versus nobiliorem partem orbium planetarum. ¶ Ad tertiam dico. ꝙ bene verum est secunduz vulgares loquendo ⁊ ad nos considerando ꝙ polus arcticus diceretur sursuz. ⁊ antarcticus deorsum. nihilominus considerando dictas differentias quantum ad nobilitatem partiuz dicendū est econtrario. Et sic est finis.

¶ Est autem celum aīatuz ⁊ habet motus principiū. Manifestum quoniā habet sursum ⁊ deorsum ⁊ dextrū ⁊ sinistrum ⁊c. Textu cómenti tertiidecimi.

Questio. iiii.

Utrum propositoruz erat vtrū dicte differētie positionis reperiantur in celo ex natura rei. vel solum in habitudine ad nos. i. sursum ⁊ deorsum. ante ⁊ retro. dextrum ⁊ sinistruz. ⁊ arguitur primo ꝙ non. qz celū est sperīcū. ideo ex natura celi vna pars non debet dici magis sursum q̄ alia. nec magis dextra q̄ alia. ¶ Secundo qz sursum ⁊ deorsum differunt specie. similiter dextrum ⁊ sinistrum. ⁊ sic de alijs. ergo si dicte differentie in celo reperirentur ex natura rei tales partes celi differrent abinuicem specie. quaruz vna esset sursum ⁊ alia deorsuz vel quarum vna est dextra ⁊ alia sinistra. quod ē ꝺ cómentator ibi in isto secundo. ¶ Tertio. nā si sic cū oriens dicatur dextrum. ⁊ occidens sinistrum. vbiq; in celo esset dextruz ⁊ similiter sinistrum. qz vbiq; est oriens respectu aliquoꝝ. ⁊ similiter vbiq; est occidens respectu aliquoꝝ. vbi. n. nobis est oriens ibi alijs est occidens. quando. n. sol nobis oritur illi quibus alijs sol occidit. ⁊ sic adhuc videret ꝙ i ordine ad nos dicte differentie in celo reperiantur. ¶ Quarto qz celū continue mouetur. ergo si illa pars que est in oriente nunc est dextra. qz ipsa post erit in occidente ipsa erit sinistra. ⁊ ita pōt argui de ante ⁊ retro. ¶ Quinto. primum oriens terre habitabilis. ⁊ vltimum occidens eiusdez non opponuntur diametraliter. imo sunt loca valde propinqua. vt dicit commentator in fine huius secundi. ergo non sunt extrema latitudinis celi: quod tñ deberet eē: si vna eēt dextra ⁊ alia sinistra. ex eo ꝙ in corpore puta i homine vbi ex natura illius corporis inueniuntur dextrum ⁊ sinistruz: ipsa sunt extrema latitudinis illius corporis.

Oppositum arguitur. qz nisi in celo dicte differentie distinguerentur ex natura rei: non esset ratio quare celum magis moueretur ad vnam partem q̄ ad aliam. de hoc enim non debet dari ratio ex parte terre vel ex parte nostra. qz celum non ordinatur nec regitur per ista inferiora: sed magis econuerso. nec apparet ꝙ aliunde de hoc possit reddi ratio. nisi per distinctionez dextri ⁊ sinistri. vnde per hoc ⁊ non per aliud reddit Aristotiles de hoc rationez. Hāec valet dicere ꝙ non fit de hoc querenda ratio. hoc enim non est a casu nec a fortuna ꝙ celum sic mouetur cum perpetuo sic moueatur. sed ex natura rei. sed de talibus que per naturaz sunt determinata debet inquiri ⁊ reddi ratio. nisi tunc illa sint principia ꝙ se nota sicut dicit Aristotiles. ergo videtur ꝙ ille differētie debent poni in celo distincte ex natura celi. ¶ Secundo in inanimatis non sunt distincte huiusmodi differētie ex natura rei propter hoc ꝙ ex se non mouētur plus ex vna parte q̄ ex alia. vnde ꝙ lapis moueatur vertendo vnam partem sursum ⁊ aliam deorsum. non inest sibi ex natura sua. sed accidentaliter. ergo per oppositum dicte differentie videntur esse in celo distincte ex natura celi: qz celum mouetur. ⁊ non ex omni parte similiter. imo ad vnam partem ⁊ non ad aliaz. ¶ Tertio in minime mobilibus. s. in inanimatis non distinguuntur dicte differentie aliquo modo quantum ex parte naturarum talium rerum. In plantis autez. que sunt nobiliores in rebus inanimatis: ⁊ minus nobiles animalibus: aliquo de dictis differentijs. s. sursum ⁊ deorsum distinguūtur ex natura rei. sed non omnis. In animalibus autem perfectis. sicut in hominibus omnes dicte differentie distinguuntur ex natura rei. cum ergo celum inter cetera corpora sit corpus perfectissimuz videtur quod vtqz in ipso omnes dicte differētie ex natura sua debeant distingui. ⁊ non solum in ordine ad res. ¶ Quarto Aristotiles dictas differentias concludit in celo. ex eo ꝙ celum est animatum. sed ꝙ celum est animatum non est respective ad nos. sed ex natura celi. ¶ Quinto. in magnete sunt realiter vel naturaliter dicte differētie positōis. ⁊ apparet in ea dictarum differētiarum distinctio i ordie ad celuz. ita ꝙ vna pars correspōdet vni polo. ⁊ altera alteri. ⁊ tamē ꝓstat ꝙ magnes non habet talem distinctōnem nisi a celo. ergo principalius sunt distincte dicte differētie i celo q̄ i magnete. ⁊ per ꝓsequēs naturaliter. ¶ In ista questiōe primo volo recitare tres opiniōes de quesito. ¶ Secūdo volo tertiā illarū opinionū declarare. qz ipsam ceteris credo esse veriorē.

Quantum ad primum est vna opinio que dicit dictas differētias positionis in celo non distingui nisi in ordine ad nos. ⁊ non ex natura celi. ⁊ illa habet ꝓ se aliquas rationes de rationibus positis ante oppositum. Hūius opinionis improbatio ⁊ rationū suarum solutio patebit in declaratiōe tertie opinionis. ⁊ in solvendo rationes principales. ¶ Secunda opinio dicit ꝙ dicte differentie distinguuntur in celo ex natura celi. non tamen ex natura celi moti. sed ex natura vnius celi seu orbis celestis quiescentis. ⁊ imaginatur ista opinio ꝙ vltra omnes celos sit vnum celum quiescēs. ⁊ ꝙ in illo celo sint partes diuersarum naturarum ⁊ diuersarum influentiarum. quarum partium vna dicitur sursum ⁊ alia deorsum sursum quidem dicitur illa sub qua est polus nobis occultus. deorsum autem illa sub qua est polus noster. dextra autez dicitur esse illa pars sub qua sunt partes celi moti. quando orituntur habitantibus directe sub equinoctiali. vbi dicitur

secundum aliquos astrologos esse sita vna ciuitas que vocatur arym. pars autem illi opposita diceret occidens. ps autem illa dicitur ante que directe est super orizontem habitantium in dicta ciuitate arym. pars autez illi opposita dicitur retro. Et sic vos videtis tales distinguere dictas differentias in celo. non ex natura celi moti: sed quiescentis. De hoc autem postea loco suo faciam vnam questionem scilicet vtrum sit ponendum aliquod celum quiescens. ⁊ ibi etiaz ponam ⁊ soluam pro posse rationes sic opinantium. ⁊ dicam ꝙ non est ponendum aliquod tale celuz quiescẽs. ex cuius probatione patebit istam opinionem iam recitatã esse falsam. ¶ Tertia opinio distinguit dictas differentias in celo. ex diuersa influentia intelligentie mouentis in vnaz partem ⁊ in aliam.

Quantum ad scõm pro declaratõne huius tertie opinionis: sciendum est ꝙ differentia est inter verum oriens ⁊ non vez. vnde oriens non vez diuerificatur secundum diuersitatem orizontum: ⁊ ita occidens similiter. sed oriens verum dicit oriens quantum ad orizontem habitantium sub equinoctiali in ciuitate arym. ⁊ occidens pars ei opposita. ⁊ in illo oriente Atlas imaginatur habere manum dextram. ⁊ in occidente manum sinistram. cum imaginatur habere caput versus polum antarcticum. ⁊ pedes versus polum arcticum. ⁊ faciem versus hemispium quod est sup orizontez dicte ciuitatis arym. ¶ Et sciendum est ꝙ posito ꝙ non esset ibi illa ciuitas. nec aliqua habitatio. nec talis homo Atlas imaginaret sic se habere sicut dictum est. adhuc non minus illa ps celi dicta diceret oriens vez ⁊ dextra ps celi. ⁊ ps ei opposita diceret occidens ⁊ sinistra ps celi. pp hoc ꝙ ex illa pte intelligentia maiorem causat influentiam. Unde imaginandum est quantũ ad hoc de intelligentia ad celum. sicut imaginat de anima intellectiua ad corpus. vnde licet anima intellectiua sit tota in toto. ⁊ tota in qualibet parte i corporis. tamen maiorem causat influentiam in vna parte corporis q̃ in alia. sic proportionaliter imaginandum est de intelligẽtia ad celum. ita ꝙ pars celi in quaz intelligentia causat maiorem influentiam dicitur pars dextra. ⁊ ideo qz maiorem causat influentiam in partem illam a qua celum incipit moueri vel incepisset. sicut est pars orientalis talis pars dicitur dextra ⁊ ei opposita sinistra. ¶ Secundo sciendum est ꝙ orbes planetarum mouent contra motum primi mobilis. sicut dicunt astrologi. ⁊ vez est. ⁊ ideo in orbibus planetarum aliter oportet assignare dextrum ⁊ sinistrum. similiter ⁊ alias differentias positionis q̃ in primo mobili. Unde in orbibus planetaz debet assignari dextrum versus occidẽs ⁊ sinistrum primi mobilis. Et occidens orbium planetarũ seu sinistra ps eorum debet assignari versus dextram partem ⁊ orientalez primi mobilis. Et proportionaliter dicat de aliis differentijs positionis in ipsis. recte ac si essent duo tales Atlantes seu homines. quorũz vnus haberet caput versus vnum polum mundi. ⁊ alter versus ptem bene ꝓpe. puta versus polum zodiaci haberet pedes. ⁊ versus quam ptem vnus haberet manum dextram. versus illaz alter haberet manum sinistraz. ita ꝙ sicut motor primi mobilis influit aliter in ptem dextram sui orbis. ⁊ aliter in sinistram. ita etiam motor orbis planete influit aliter in ptez dextram sui orbis. ⁊ aliter in sinistraz. ¶ Ex his respondeat ad questionem iuxta tertiam opinionẽ. ꝙ in celo distinguũtur ex natura rei dicte differentie positionis. ⁊ non solum i habitudine ad nos. ⁊ pro hoc adducantur rationes quibus arguebatur post oppositum.

Et respondeatur ad alias rationes pro bantes oppositum.

¶ Ad primam. celum est sphericum. ideo quantum est ex natura celi ⁊c. negat ꝯsequentia. nã posito ꝙ homo fieret sperice figure adhuc vna pars hois diceret dextra ⁊ alia sinistra. alia sursum. alia deorsum. alia ante. alia retro. propter diuersas virtutes ⁊ potentias adhuc existentes in diuersis partibus hois. licet non pp diuersas figuras. ¶ Ad secundam dico ꝙ licet isti termini sursum ⁊ deorsuz differant specie. cũ hoc tamen bene stare potest ꝙ res ꝓ quibꝫ supponunt sint einsdez speciei subsantialiter. vnde licet album ⁊ nigruz differant specie. tamen res pro quibus supponunt sicut sor. ⁊ plato possunt esse einsdez speciei. ¶ Ad tertiam negatur consequentia. ad probationem dico ꝙ nõ quodcunqz oriens dicit dextra pars celi nec quodcunqz occidens dicit sinistra ps celi. sed oriens vez dũtaxat dextra ps celi dicit. quod accipiendum est ad ciuitatem arym. ⁊ hec est illa ps celi in qua nobis oritur sol existẽs in aliquo pũcto equinoctiali. puta in principio arietis. vel in principio libre. ⁊ pars ei opposita dicit occidens. ¶ Ad quartam. illa bene probat quod pars celi que modo est dextra aliquando erit sinistra. ⁊ ideo non eadem pars celi secundum numerum manet dextra vel sinistra. sed bene sin equivalentiam. ¶ Ad quintam. illa bene probat quod oriens ⁊ occidens non verus non sunt dextra pars. ⁊ sinistra pars celi. cum hoc tamen stat ꝙ bene oriens ⁊ occidens verum accepta ad ciuitatem arym sunt dextra ⁊ sinistra pars celi. ⁊ hoc quantum est ex parte diuerse influentie primi motoris in illas partes. Sic ergo expedita sit ista materia de differentijs positionis in celo.

¶ Figuram autem sphericam necesse est habere celum ⁊c. Textu cõmenti vigesimisecundi.

Questio. V.

Hunc sequitur tractare de figura celi. de qua formet vnica questio.

a s. vtrũ celum sit sperice figure. arguit primo quod non. qz celũ est orbiculare. ergo non est sphericum ꝯsequentia tenet. nã differunt orbiculare ⁊ sphericum. orbiculare enim dr corpus ꝓcuum. spicum aũt dicit corpus solidũ. antecedens patet de se. ¶ Secundo. figura sperica est omnium figurarum isoperimetrarum minima. ergo celum non est sperice figure. consequentia patet. pro tanto qz celum cũ sit maxime capacitatis sibi non competit figura minima. ꝙ autem sit maxime capacitatis patet. qz omnia corpora totius vniuersi preter ipsum includit. antecedens patet per archimenidem. in libro de isoperimetris. ¶ Tertio. alique partes celi nõ sunt sperice figure. ergo nec celuz. consequentia tenet. nam cum celum sit homogeneum. cõ similis debet esse figura celi ⁊ suarum partiuz. sicut patet. de aqua ⁊ gutta aque. antecedens patet de orbibus eccentricis. qui claudunt intra se orbem deferentem planetam. tales enim in vna parte sunt spissiores ⁊ in alia parte magis tenues.

Oppositum vult Aristotiles in littera. quod probat pluribus rationibus. que videbuntur ponendo conclusiones.

Pro questione primo notandũ est. ꝙ que stio potest intelligi de figura celi vltimi quo ad superficiem eius conuexam. vel de figura totali celi quantum ad supficiem eius concauam. vel de figuris orbium intermediorum inter orbem supremuz ⁊ infimum quantũ ad eoz superficies ꝓcuas ⁊ cõueras.

Tunc sit prima conclusio. non est demonstrabile celum vltimum quantum ad eius superficiem conuexam esse sperice figure. patet. nam posito ꝙ quantum ad dictam superficiem esset figure oualis vel columnaris. non propter hoc sequeretur aliquid contra principia naturalia. ¶ Secunda conclusio. bene est demonstrabile celuz vltimum nõ esse figure angularis. posito ꝙ moueatur. patet. nam si sic. tunc tali aliquo angulo moto extra spacium imaginatum quod occurreret relinqueretur vacuum. qõ est contra principia naturalia. ¶ Tertia cõclusio. nec est demonstrabile celum quantum ad eius superficiem concauã infimam non esse angularis figure. patet hoc. quia ad motum talis anguli aliud corpus sicut ignis succederet. ⁊ repleret locum quem prius replenit ille angulus. ⁊ sic non oporteret ponere vacuum. ¶ Quarta conclusio. necessarium est secundum principia naturalia orbes intermedios inter supremum ⁊ infimum esse spericos. tam quantuz ad superficies concauas. q̃ quantum ad superficies conuexas.

hoc probatur supponendo primo. ꝙ orbes iter medij moueantur super alijs polis motu proprio ꝯ primum mobile. sicut super polis zodiaci. Secundo supponitur. ꝙ celum non est frangibile. nec ꝺempsabile. nec rarefactibile. Tertio supponitur. ꝙ dimensionum penetratio non est possibilis. ¶ Istis suppositis. patet conclusio. nam si orbes intermedij essent alterius figure quo ad eorum superficies concauas vel conueras: tunc ex quo mouentur super alijs polis ꝯ primum mobile. sicut dixit prima suppositio. oporteret vel ꝙ celum esset frangibile. vel condempsabile. vel rarefactibile. cuius oppositum dicit secunda suppositio. vel oporteret fieri penetrationem dimensionum. cuius oppositum dicit tertia suppositio. vel oporteret esse vacuum inter orbes intermedios. quod etiam suppono esse falsum. ¶ Quinta conclusio. rationabilius ē ponere celum quo ad omnem eius superficiem tam concauam quam conueraz eē sperice figure ꝯ alicuius alterius. probatur. ℣ Primo q; pulchrioꝛi ⁊ pfectioꝛi corpoꝛi debet attribui figura pulchrioꝛ ⁊ perfectioꝛ. sed illa est figura sperica. ergo ⁊c. ¶ Secūdo. celum est coꝛpus simplicissimuz sicut patet. ex prius dictis. ergo sibi debetur figura sperica que ē figura simplicissima. quod patet ex eo ꝙ ipsa est vna linea contenta. alie autem pluribus lineis continentur. sicut sunt figure triangulares ⁊ quadrangulares ⁊c. ¶ Tertio celuz cum sit coꝛpus perfectissimum. rationabile est ꝙ sibi tribuatur figura perfectissima. sed talis est figura sperica. quod patet ex eo ꝙ linee circunferentiali vel superficiali continenti circuluz non potest fieri additio. nec superficiei circunferentiali continenti speram vel oꝛbem. lineis autē vel superficiebus alijs bene potest fieri additio. perfectum autez dicitur cui non potest fieri additio. ergo ⁊c. ¶ Quarto. celo debetur talis figura que est aptissima ad motum. cum motus celi sit velocissimus. talis autē est figura sperica. vnde aptioꝛ est vnus globus sphericus ad hoc ꝙ voluatur super terrā. ꝯ sit vnū coꝛpus cubicum. ¶ Quinto. celum continet omnia. ergo rationabile est ꝙ habeat figuram capacissimam. talis autē est figura sperica. vnde demonstratum est ab archimende in libro de isoperimetris figuram sphericam omnium figurarum sibi isoperimetrarum esse capacissimam. Unde figure isoperimetre superficiales dicuntur quarum linee vnius quibus continetur simul iuncte lineis alterius cōiunctis quibus alia continetur sunt equales. verbi gratia. sicut si essent tres figure. s. circulus: triāgulus. quadratus. sic se habentes ꝙ circunferentia circuli in rectum protensa esset equalis lineis triāguli ⁊ simul iunctis ⁊ positis vna ante alias. ⁊ similiter lineis quadrati. tunc dicte tres superficies dicerentur isoperimetre. ℣ Proportionaliter dicatur de figuris isoperimetris insolidis. ¶ Sexto. coꝛpoꝛi elongatissimo a coꝛruptione ⁊ lesione debetur figura que est magis saluatiua figurati. sed hec est figura sperica. qꝛ in tali figura partes admodum magis vicinantur. vicinitas autem partiuz in toto est propter mutuas influentias earum. ¶ Deinde probatur specialiter ꝙ celum est sphericum quantum ad superficiem eius concauam. nā omnia instrumenta quibus certificantur celestia sunt sperica: vel ad naturam spere reducta: quod videtur eē signum celum eē sperice figure quantum ad dictam superficiem. ¶ Secundo. qꝛ si non tunc non omnes partes celi quantum ad concauum oꝛbis lune equaliter distarent a loco deoꝛsum: sed hoc est falsuz. consequentia patet de se. sed falsitas ꝓsequentis probatur. nam celum cū sit vnius nature. ⁊ equalis in omnibus partibus. oportet ꝙ equaliter distet a terra ⁊ a loco deoꝛsum: qꝛ distantia in natura est causa distātie in situ in coꝛporibus mundi. ¶ Tertio probatur. ꝙ celum quantuz ad eius cōcauum non est plane figure ad modum quadrati seu quadranguli vel trianguli. nam si sic tunc stelle quando eēnt in oriente ⁊ in occidente magis longe distarēt a nobis ꝯ quādo essent in meridie. quia tunc essent supra capita nostra. sz hoc videtur falsuz. quia tunc apparerent minoꝛes in oriente vel in occidente ꝯ in medio celi. hoc tamen est falsum. quia sol apparet maioꝛ in oriente ꝯ in medio celi. ¶ Sed tunc aliquis diceret. ergo videtur. ꝙ quando sol est in meridie. sit a nobis remotioꝛ ꝯ quando est in oriente vel in occidente. ⁊ tamen hoc est falsuz. suppoſito ꝙ terra sit in medio celi. ⁊ vlterius suppoſito ꝙ celum sit sphericum. ¶ Respondetur ꝙ causa eius ꝙ sol apparet nobis maioꝛ in oriente vel in occidente non est maioꝛ propinquitas solis ad nos. sed hoc est propter aliam causam. s. quia quando sol ē in oriente tunc inter nos ⁊ solem sunt positi quidam vapoꝛes per quos videtur sol per refractionem radioꝝ. propter quaz tunc apparet maioꝛ recte. sicut denarius in aqua positus apparet maioꝛ ꝯ extra. propter defectum autem talis refractionis radioꝝ sole existente in meridie non apparet nobis ipse sol tante quantitatis. ¶ Quarto. nam si celum esset plane figure quantum ad superficiem concauaz. tunc sol ⁊ etiam luna ex elongatione eius a nobis non occultaretur nobis in oriente per partem post partem. sed simul secundum se totum. ⁊ tamen falsitas huius patet ad experientiam.

Ad rationes ad primam. celum est oꝛbicularis figure ⁊c. negatur cōsequētia. qꝛ solemus vti istis terminis spera. oꝛbis pro eodem. sed hoc est large accipiendo dictos terminos. nihilominus accipiendo ipsos secundum significationes proprias ipsoꝝ habent diuersas descriptiones exprimētes quid nominis. ⁊ ideo quando sic accipiuntur eēt dicendum. ꝙ celum nō esset sphericum. sed oꝛbiculare. ¶ Ad secundam. dico ꝙ figura sperica inter figuras omnes. sibi isoperimetras est minima quantum ad loci occupationem. cum hoc tamen stat ꝙ inter easdem est maxima quantum ad interioꝛez capacitatem ⁊ ideo expedientius ⁊ commodius est celuz eē sperice figure ꝯ alicuius alterius. ¶ Ad tertiam. dico ꝙ licet aliqui oꝛbes in vna parte sunt spissioꝛes. ⁊ in alia magis tenues. tamen illi adhuc sunt sperici. licet non sit idem centruz superficiei concaue ⁊ superficiei conuexe. Sic ergo dictum sit de celi figura.

¶ Nunc autem tantum manifestuz est propter quam causam plura sunt circularia corpora ⁊c. Textu cōmenti vigesimiprimi. Questio vi.

Vterius querenduz est circa partes maioꝛes ipsius celi. sicut sunt spere seu oꝛbes celestes. ⁊ quantū ad hoc volo querere duo. ℣ Primo de numero sperarum vtrum sint octo vel nouem vel plures vel pancioꝛes. Secundo vtrū ad saluandū illa que apparent ex motibus planetarum oporteat ponere ecentricos ⁊ epiciclos.

Quantum ad primum arguitur primo. ꝙ non sint plures oꝛbes celestes seu spere. nam si sic vel illi eēnt continui vel contigui: non potest dici ꝙ continui. naz tunc omnes mouerentur vno motu simplici. quod tamen est falsum. naz cōmuniter ponitur ꝙ oꝛbes planetarum mouentur super polis zodiaci contra motuz primi mobilis. qui fit super polos mundi. ⁊ patet hoc. nam intrīn ꝙ oꝛbis solis facit vnam reuolutionē contra motum firmamenti. oꝛbis lune facit multe plures. qō nō pōt eē si totū celū eēt vna massa continua. ex eo ꝙ cōtinuoꝝ ad inuicē vnus ē motus. ℣ Nec pōt dici ꝙ sunt inuicē ꝓtigui. qō ꝓbat sic. quoꝝ vltima sunt vnū nō sunt ad inuicē ꝓtigua sz ꝓtinua. sed sic est de oꝛbibus supcelestibus sibi inuicez immediatis. qō ꝓbatur. ℣ Nam capiat oꝛbis lune. ⁊ oꝛbis mercurij. qui ponunt adinuicē immediati. ⁊ arguat sic. superficies quarta oꝛbis lune. ⁊ ꝓcaua oꝛbis mercurij sunt vna superficies. ergo illi duo oꝛbes sunt adinicem continui ⁊ nō contigui. antecedens probatur. primo quia dicte ambe superficies equaliter distant a centro mundi. Secundo quia dicte superficies sunt sibiinuicem equales. ergo sunt vna superficies. antecedens probatur. quia se habent sicut locatū ⁊ locus. sed illa sunt sibi inuicem equalia. quarto physicoꝝ. consequentia probatur. quia si dicte superficies sint sibi inuicem equales. ⁊ sunt due. tunc sequitur ꝙ est possibile circa idem centrum eē duos circulos vel duos oꝛbes sibi inuicem equales. quod est ꝓtra tertiuz geometrie. ℣ Propoꝛ

lonaliter potest argui de quibuscunq; aliis orbibus sibi in
uicem immediatis. ¶ Secundo ad principale. non sunt plu
res spere ignis. nec etiam sunt plures spere aeris ⁊c. ergo
nec videntur esse plures spere celestes. consequentia vide
tur tenere per simile. ⁊ probatur antecedens ratione. nam
si essent plures spere celestes. ⁊ cum omniu3 sit vnus mo
tus. s. motus circularis. sequeretur q; vnus mot⁹ simpler
naturalis esset plurium corporum simplicium. cuius oppo
situm dictum est primo huius. ¶ Tertio probatur q; sal
tem non sit ponenda nona spera: seu nonus orbis celestis.
primo cōmentatoris auctoritate. qui non ponit nisi octo: ⁊
probatur hoc ratione. nam videt̄ q; frustra ponerēt nona
spera. propter hoc q; si poneretur non influeret aliquid in
istis inferioribus. propter hoc q; orbis omnem influctiam
quam habet. ex ratione stelle vel stellarum existentium in
ipso. modo in nona spera non ponitur aliqua stella. na3 om
nes stelle fixe ponuntur in octaua spera. alie autem que di
cuntur stelle erratice seu planete ponuntur in aliis septem
speris. ita q; quelibet illarum habet vnū orbem speciale3.
ita q; secundum septem planetas ponuntur septem orbes.
¶ Quarto probatur q; sint plures q̄ nouem. nam clarū
est q; plures sunt stelle q̄ nouem. modo quelibet stella est
vna spera celestis. q; est corpus celeste rotundum solidu3.
in cuius medio est punctus. a quo omnes linee ducibiles
ad circūferentiam sunt equales. ¶ Confirmatur q; plures
sint orbes celestes q̄ nouem. nam pro solo motu solis assi
gnantur tres orbes. vnus quidem. s. inferior concentricus
mundo quo ad concauum. ⁊ ecentricus quo ad conuerū.
secundus qui vocat̄ deferens ecentricus mundo tam quo
ad concauum q̄ quo ad conuexum. tertius autem qui est
ecentricus mundo quo ad concauum. ⁊ concentricus quo
ad conuexum. ⁊ ita pro quolibet alio planetarū oportet assi
gnare plures orbes. propter quod videntur esse plures q̄
nouem orbes seu spere celestes. ¶ Quinto ad principale.
videtur q; sint infinite spere. seu orbes celestes. q; si nō vl
tra quācunq; speram esset alia in infinitum. non videretur
quid esset vltra vltimam speram vtrum vacuu3 vel quid.

In oppositum sunt omnes philosophi ⁊ astrologi qui ponūt plures celestes orbes. licet in numero orbium sint diuersificati. nā quidam ponunt solum octo. quidam nouem. quidam de
cem. ¶ In ista questione primo videndum est propter qd philosophi mouebantur ad ponendum plures orbes celestes. secundo videndum est de numero orbium celestiu3.

Quantum ad primū sciēdu3 est q; philosophi viderunt plures stellas moueri ab oriente in occidentem ⁊ cu3 hoc viderunt semper illas stellas manere. vel moueri in equali propinquitate ⁊ distantia abinicem. propter quod mouebātur ad ponēdum vnicam speram pro omnibus illis stellis: i qua quidem spera ille stelle sunt fixe sicut clauus i naui: vel pars i toto: quam quidem speram vocabāt speram octauā seu celū stellatū. deide cū experiebātur de septe3 planetis q; aliquādo plus appropiquarēt adinicem. ⁊ aliquādo plus recederēt abinicem. ⁊ etiam aliquādo aliquibus stellis fixis essent propiquiores: aliquādo vero ab illis stellis fixis essent remotiores. moti erāt ad ponēdum septem orbes planetarum pro quolibet planeta vnum orbem. accipiēdo orbe3 pro aggregato ex oībus orbibus sufficiētibus ad motu3 vnius planete. ¶ De ordine aūt taliū orbiū septem planetarū. quidem posuerūt primo speram saturni. deide speram Jouis. deide speram martis. deide speram veneris. deide speram mercurij. deide speram solis. ⁊ vltimam speram lune. ita q; illi posuerunt venerem ⁊ mercurium super solem. Alij autem posuerunt venerem super solem. ⁊ mercurium infra. Alij autem econuerso. sed quicquid de hoc sit. rationabilius esse videtur q; tres planete sint super solem. ⁊ tres infra. ⁊ sol in medio tanq̄ rex in regni medio. ad finem q; supra. ⁊ infra possit equaliter influere ⁊ illuminare. ¶ Sed contra hoc aliquis diceret si infra solem sunt venus mercurius ⁊ luna. ⁊ cum luna aliquando eclipsat solem per iterpositionem eius inter visum nostrum ⁊ solem. que est causa q; sic non facit venus ⁊ mercurius cum tamen etiam aliquando cōtingat ipsos situari inter visum ⁊ solem. ¶ Potest dici. q; hoc est propter magnam diaphanetatem veneris ⁊ mercurij. ⁊ propter minorem diaphanetatez ipsius lune. ¶ Aliter potest dici. q; hoc est propter maiorem propinquitatez lune ad nos. vnde vos videtis si aliquod opacum ponitur inter oculum ⁊ visibile. quanto illud opacu3 est propinquius oculo. tanto maiorem partem visibilis occultat. ⁊ quanto est remotius ab oculo. ⁊ propinquius visibili. tanto minorem partem visibilis occultat. sic in proposito luna propinquior visui posita inter visum ⁊ solem. sensibilem partem solis potest occultare. venus autez ⁊ mercurius remotiores a visu. ⁊ propiquiores visibili. s. soli minorem partem solis occultant. ⁊ ita paruaz q; non propter hoc sol apparet eclipsari. ¶ Ulterius sciendum est. q; quidam philosophi non perceperunt octauam speraz moueri pluribus motibus. sed vnico. s. ab oriente in occidentez. dixerunt speram octauam esse vltimam. ⁊ nullam esse vltra. ⁊ etiam propter hoc. q; quia habet plures stellas ipsa est nobilior aliis. ⁊ per consequēs debet esse suprema ⁊ vltima. Alij autem percipientes octauam speram pluribus motibus moueri. vno quidem ab oriente in occidentez super polis mundi. faciendo in die naturali vnam reuolutionem circa terram. alio autem moueri ab occidente in orientem super polis zodiaci. centū annis gradu vno. moti erāt ad ponendum vltra octauum orbem nonum. quez vocāt primum mobile. quod dicunt moueri vnico ⁊ simplicissimo motu ab oriente in occidentem. quod quidem primu3 mobile producit motum octaue spere diurnum. rapiendo ipsam secum ab oriente in occidentem. ⁊ etiam consimiles motus in orbibus planetarum. sed q; octaua spera mouetur ab occidente in orientem centum annis vno gradu. hoc est per motorem sibi appropriatu3. ⁊ ita similiter est de cōsimili motu orbium planetaru3. sic ergo patet. propter qd philosophi moti erant ad ponendum plures orbes.

Quantum Ad secundum primo premittenda est vna distictio. ⁊ sit ista q; spera vel orbis dicitur vnus tripliciter. vno modo q; est quedam pars celi sperica. non separata a toto nec suppositaliter existēs. illo modo stella bene dicitur vna spera. ⁊ sic ex3 talem intellectum loquendo valde multe sunt spere celestes. Secūdo modo spera vel orbis dicitur vnus. quia est vnus orbis suppositaliter existens. sine sit concētricus mūdo. sine sit ecentricus mundo. ⁊ sic accipitur cum dicitur q; solis sunt tres orbes. scilicet ecentricus. deferens solem ⁊ duo alij orbes illum includentes. quorum inferior est concentricus mundo quantum ad concauū. ⁊ ecentricus quātum ad conuexum. superior autem ecentricus quantu3 ad concauum. concentricus autem quantum ad conuexum. sicut dictum est prius. Tertio modo capitur pro orbe concentrico mundo. vel pro aggregato ex omnibus orbibus qui requiruntur. ⁊ sufficiunt ad saluandum motus vnius planete. quod quidem aggregatum est concentricum mūdo. tam quantum ad concauum. q̄ quantum ad conuexū. ¶ Primus duobus modis nolo accipere orbem in proposito. sed vltimo modo. nam non est dubium q; accipiendo orbem primo vel secundo modo. multo plures sunt orbes celestes q̄ nouem vel decem. sed accipiendo orbem vltimo modo. diuerse sunt opiniones de numero orbiu3. Nam vna est opinio que ponit nouem orbes celestes. scilicet septem orbes planetarum. ⁊ octauum orbem stellatū. ⁊ super illum orbem nonum. quem vocant primum mobile. ¶ Pro probatōne istius ista opinio supponit. q; octauus orbis seu octaua spera mouetur pluribus motibus. vno enim mouetur ab oriente in occidentem. ⁊ hoc super polos mundi. alio autem motu mouetur ab occidente in orientem super polos zodiaci in centum annis vnico gradu. ¶ Secūdo supponit. q; vnus orbis non mouetur pluribus motibus ab eadem intelligentia. nec idem orbis mouetur a pluribus intelligentijs sibi eque primo appropriatis. illud satis ostendit Aristot. duodecimo metaphysice. ¶ Tertio supponit. q; spera inferior non mouet secu3 spe

ram superiorem: sed bene superior monet secum inferiorem. ¶ Ex his tribus suppositionibus concluditur esse nonam speram. nam postq̃ octaua spera monetur pluribus motibus. sicut dicit prima suppositio. ⁊ non ab eodem motore. nec a pluribus motoribus sibi eque primo appropriatis. sicut dicit secunda suppositio. nec a spera inferiori sicut dicit tertia suppositio. relinquitur q̃ oportet esse nonam. que appropriate monetur ab oriente in occidentem. ⁊ illo motu moueat secum octauam speram ab oriente in occidẽtem. ⁊ sic tunc octaua spera monetur motu proprio per intelligentiam sibi appropriatam ab occidente in orientez super polos zodiaci. cum hoc q̃ monetur ab oriente in occidentem ad motum none spere super polis mundi. ¶ Secundo aliquis est primus motor. ergo aliquid est primum mobile. antecedens patet per Aristotilem duodecimo metaphysice. ⁊ consequentia patet similiter. ⁊ vltra. aliquod est primum mobile. ergo illud debet moueri motu vnico ⁊ simplici. sed illud non est octaua spera cum ipsa moueatur pluribus motibus. ergo preter octauam speram oportet ponere nonam. que moueatur vnico motu simplici. s. ab oriente in occidentem. quam astrologi multi vocant primum mobile. ¶ Alia est opinio que non ponit nisi octo. ⁊ ista habet diuersos defensores diuersimode ipsam defendentes. vnde primi erant antiqui philosophi. qui non perceperunt octauam speram moueri alio motu q̃ ab oriente in occidentem. nec quo ad veritatem. nec quo ad apparentiam. ⁊ sic quia crediderunt octauam speram moueri solũ vnico motu. dixerunt q̃ non essent nisi octo spere. nam frustra poneretur nona. postquam stelle fixe essent in octaua. ⁊ etiam quia illa nona non esset necessaria ad producendum aliquem motum in octaua. cuz ipsa non moueatur nisi simplici motu ab intelligentia sibi appropriata. sicut ipsi crediderunt. ¶ Sed breuiter isti sunt decepti. Nam ex experientijs plurium habemus octauam speram pluribus moueri motibus. scilicet ab oriente in occidentem super polis mundi. ⁊ ab occidente in orientem in centum annis gradu vno super polis zodiaci. ¶ Alij autem sunt qui dictam opinionem defendere volunt. ⁊ cum hoc concedere octauaz sperам moueri pluribus motibus. sed ipsi dicunt q̃ hoc est a pluribus intelligentijs eidem orbi appropriatis. quarum vna monet octauam speram ab oriente in occidentẽ. ⁊ alia ab occidente in orientẽ modo quo dictũ est. ¶ Sed breuiter illud non valet. nam vni orbi non sunt plures intelligentie appropriate. aliter enim vnum corpus simplex moueretur naturaliter. ⁊ eque primo pluribus motibus simplicibus. cuius oppositum ostensum est in primo huius. etiam hoc est contra Aristoti. duodecimo metaphysice. q̃ eidem orbi sunt appropriate plures intelligentie.

¶ Aliter potest dicta opinio sustineri sustinẽdo q̃ non eẽnt nisi octo orbes. scilicet illi qui dicti sunt. ⁊ q̃ octaua spera non moueretur pluribus motibus. sed q̃ ipa apparet moueri pluribus motibus hoc prouenit isto modo. q̃ quando octaua spera monetur ab oriente in occidentem super polis mũdi. ipsa terra monetur interim ab occidente in orientem circa lineam imaginatam. quam terminant poli zodiaci intantum q̃ in centum annis vno gradu ipsa terra est tali motu mota. ¶ Et si diceretur. quomodo ergo saluabis motum accessus. ⁊ recessus octaue spere. quez est imaginatus thebit. dico q̃ ille etiam posset saluari per vnuz alium motum terre consimiliter imaginatum qualiter thebit imaginatur fieri motum octaue spere. ⁊ sic diceretur propter talem duplicem motum terre apparere octauam speram moueri duobus motibus. vltra motum diurnum ab oriente in occidentez. scilicet motu quo apparet moueri in centum annis gradu vno ab occidente versus orientem. ⁊ motu alio quem thebit vocat motum accessus ⁊ recessus. licet tamen octaua spera nõ moueatur nisi vnico motu simplici. scilicet ab oriente in occidentem. ¶ Sed istud non videtur esse omnino tutuz. quia non apparet prima facie qd terram sic moueret. nihilominus forte qui niteretur in defensionem huius opinionis posset excogitare faciliter modum hoc enadendi ⁊ plura alia dictam opinionem multuz colorantia. ¶ Aliter adhuc opinionem non potentem nisi octo speras potest quis sic defendere adhuc sustinendo ipsam octauam speram moueri pluribus motibus. ⁊ dicere q̃ octaua spera monetur ab intelligẽtia sibi appropriata ab occidente in orientez super polis zodiaci. sed q̃ moueatur ab oriente in occidentem cum alijs orbibus planetarum. hoc prouenit non ab intelligentia sibi appropriata. sed hoc prouenit a primo motore appropriato toti aggregato ex omnibus orbibus celestibus. Et tunc iuxta hoc diceretur q̃ per primum mobile non deberet intelligi vna spera partialis. sed totum aggregatum ex omnibus speris. ⁊ q̃ illud aggregatum ex omnibus speris monetur vnico motu ⁊ simplici ⁊ regulari ab oriente in occidentem a primo motore. ¶ Ista opinio non habet aliquid contra se. nisi solum hoc q̃ non bene potest saluare motuz accessus ⁊ recessus octaue spere: quem inuenit thebit. ⁊ fecit de hoc vnuz specialem tractatuz. ¶ Alia est opinio quam inter ceteras magis approbo: q̃ decez sunt orbes: ⁊ non plures. probatur. quia per tot possumus saluare illa que apparent quantum ad motum celi. vnde imaginandum est q̃ decimus monetur vnico motu ⁊ simplici ab oriente in occidentem. ⁊ vocatur primum mobile. quo motu omnes orbes inferiores monet secum. secundus autem monetur motu proprio: tali motu qualem dicimus esse motum accessus ⁊ recessus. ⁊ consimilez producit in octaua spera. Et octaua spera monetur motu proprio ab occidente in orientem per meridiem super polis zodiaci in centum annis gradu vno. ⁊ consimilem producit in orbibus planetaruz. Deinde quilibet planetarum monetur motu proprio ab occidente in orientem per meridiem. licet non omnes super eisdem polis. ⁊ etiam non omnes equali velocitate. q̃ non omnes moueantur super eisdem polis quantum ad motum eis proprium patet. ex eo q̃ sol nunquam exit eclipticam. ⁊ propter hoc non dicitur habere motum latitudinis. Alij autem plane exeunt eclipticam. in tantuz q̃ vestigia que imaginantur describi ab alijs planetis in eoruz motu. intersecant vestigium quod imaginatur describi a sole. quod non esset: si omnium planetarum orbes moverentur super eisdem polis ab occidente in orientem.

Ad rationes ad primaz vel essent continui ⁊c. solutio huius argumenti videatur in illa questione primi huius. qua querebat vtrũ totalis mundus esset vnum continuum. ¶ Ad secundam rationem. non sunt plures spere ignis ⁊c. negatur consequentia. nec est simile de vno ⁊ de alio. ⁊ quando diceba-tur vnus motus simplex secundum speciem. negatur consequentia. quia motus primus circularis ineſt primo mobili naturaliter. alijs autẽ ratione primi mobilis. ¶ Ad tertiam dico quod commentator fuit illius opinionis. ⁊ ideo transeat cuz alijs: sed quando dicebatur q̃ frustra ponitur nona spera. negatur. ⁊ causa propter quam ponitur dicta est in questione. ¶ Ad quartaz. illa bene probat q̃ plures sunt spere celestes q̃ nouem vel decem. accipiendo speram primo vel secundo modo. sed non probat q̃ sint plures accipiendo speram vltimo modo. Ille autez acceptiones spere posite sunt in questione. ¶ Ad confirmationem. ℜespondeatur consimili modo. ¶ Ad quintam. dico q̃ extra vltimum nihil est. secundum q̃ dictuz est primo huius. Et sic est finis questionis.

¶ Quoniam quidem igitur neq̃ vtraq̃ moueri rationabile: neq̃ altrum soluz relinquitur circulos quidem moueri. astra autem quiescere ⁊ infixa circulus ferri ⁊ cetera. Textu comenti quadragesimisexti.

Questio vij.

Secundum propositorum erat. vtruz ad salvandū illa que apparent ex motibus planetarum oportet ponere orbes ecentricos. ⁊ epicyclos. Et arguitur ꝙ non arguendo primo contra ecentricos. nam si sic sequeretur ꝙ nullum grave simplex posset moveri naturaliter. consequens est falsum. ⁊ contra ea que dicta sunt in primo huius. consequentia patet. qz si ponerentur ecentrici ēnt plura centra vel media ad que grauia moverentur. ⁊ sic cuz non possint moveri vt quiescant in vtroꝯ medio naturaliter: ad neutrum movebuntur naturaliter. qz finis motus naturalis est quies in termino ad quem. ¶ Secundo. si sic. sequeretur ꝙ terra non esset in medio mundi. cōsequens est falsum. probatur consequentia. quia terra non est in medio spere solis. ex quo orbis solis esset ecentricus mundo. ⁊ eadem ratione non esset in medio orbium aliorum planetarum. cum etiaz ponantur ecentrici mundo. ⁊ per consequēs terra non erit in medio totius ex his aggregati. ¶ Tertio. si sic tunc in celo oporteret ponere condempsationem ⁊ rarefactionem vel vacuum: quodlibet illorū est falsum. probatur consequentia. qz si ponantur ecentrici: ad quorum motum moventur corpora planetarum. oportet dum aux venit ad locum vbi prius erat oppositum augis: relinquere vacuum in loco vbi prius fuit aux: vel fieri rarefactionem spere superioris pro replendo illud vacuū. ⁊ ex alia parte quando aux venit in locū vbi prius erat oppositum augis: oz fieri condempsationem ipsius augis vel alterius orbis superioris: vel fieri penetrationem. quoruz quodlibet est inconveniens. ¶ Quarto si ponerentur ecentrici. sequeretur ꝙ motus planetarum non essent motus simplices. quod est falsum. probatur consequentia. qz quādo planete moverentur versus augem recederent a centro mundi. ⁊ quando moverentur ad oppositum augis accederent ad centrum mundi. ⁊ sic motus eoruz videretur esse compositus ex circuitione ⁊ motu recto cum a centro mundi elongari sit ascendere. ⁊ centro mūdi approprinquare sit descendere. ascensus autem ⁊ descensus sunt motus recti. ¶ Quinto arguitur contra epicyclos. luna non habet epicyclum. ergo nec alij planete. cōsequentia tenet. nam tantum vel magis luna indiget epicyclo ad salvandum apparētia in suis motibus: quantum aliquis aliorum planetaruz. antecedens probatur. qz si luna haberet epicyclum ⁊ moveretur ad motū epicycli sequeretur ꝙ illa imago. seu ille vir habens pondus spinarum in dorso deberet aliquando apparere eversus: sic ꝙ aliquando pedes essent sursum. ⁊ caput deorsum. sed hoc est falsum. ¶ Ad istaz rationem quidam dicunt negando consequentiam. nā dicunt ꝙ corpus lune non solum movetur ad motum deferentis ⁊ epicycli. sed ipsa movetur in epicyclo secundum se contra motū epicycli. sic proportionaliter ꝙ quando epicyclus fecit vnam circuitionem circa centrū suū ppriū. tunc luna ēt fecit vnaz circuitionem ad oppositum circa centrum suum propriuz. ⁊ per hoc potest salvari ꝙ illa imago semper apparet consimili modo: ⁊ nunq̄ eversa. Hoc nō valet. qz alie stelle nō moventur motibus propriis circa centra sua propria. ergo nec luna. consequentia tenet. naz consimilis videtur esse ratio hic ⁊ ibi. antecedens probatur. nam talis motus stellarum videretur esse frustra. cum propter talem motuz nō diversimode influerent in ista inferiora: ⁊ cuz motus superior non fiat nisi propter diversam influentiam in ista inferiora. vnde cum stella sit eiusdem nature per totum: consimiliter influit in ista inferiora secundum vnam suam partē sicut secundum aliam. ¶ Ultimo arguitur contra ecentricos ⁊ epicyclos simul auctoritate cōmentatoris qui sup istū secunduz celi dicit in pluribus cōmentis. ꝙ opinio mathematicorum de ecentricis ⁊ de epicyclis est impossibilis.

Oppositum dicunt cōmuniter omnes moderni astrologi ⁊ inter ceteros maxime ptholemeus in pluribus dictionibus libri almegesti. ¶ De ista questione primo exponēdi sunt termini quidam. Secundo respondendum est ad questionem.

Quantum ad primum sciendum est. ꝙ orbis ecētricus. seu egresse cuspidis. seu egredientis centri. quod idez est. dicitur orbis habens centrum suum aliud a centro mundi. sub cuius tamen vtraq̄ superficie tam concava q̄ convexa est centruz mundi licet non directe in medio eius. ⁊ quidam talium orbium quantum ad vtranq̄ vel vltimam eorum superficiem tam concauam q̄ converam sunt ecentrici mundo: quidam autem quantum ad superficiem eorum concauam sunt concentrici mundo. sed sunt ecentrici quantum ad superficiem eorū converam. quidam autem sunt ecentrici mundo quantuz ad superficiem concauam. concentrici autem quantum ad superficiem converam. Similiter quidam eorum sunt vniformis spissitudinis. sicut sunt illi qui sunt ecentrici mundo quantum ad ambas eorum superficies. quidam autē sunt difformis spissitudinis. sicut sunt illi qui sunt ecentrici mundo quantum ad vnam eorum superficiem: ⁊ concentrici quantum ad aliam. Sed epicyclus dicitur vna parua spera existens in superficie ecentrici: sub cuius superficie convexa non est centrum mundi. Istud posset declarari depingendo de hoc figuram in pariete. Sed orbis concentricus mundo dicitur ille cuius centrum est idem cuz centro mūdi. ¶ Secundo est notandum ꝙ tam in epiciclo quam in ecentrico assignantur puncta distincta. quorum vnum dicitur aux sicut ille punctus qui magis elevatus est a centro mundi. punctus autem sibi oppositus dicitur oppositum augis. Sed puncta intermedia inter illa dicuntur longitudines medie.

Quantum ad secundum sit prima conclusio. Ad salvandum apparentia ex motu solis non oportet ponere solem moveri in ecentrico. nec oportet ponere moveri in epiciclo cū concentrico. nec oportet ponere ipsum moveri in epiciclo moto in ecentrico. probatur. nam per quodlibet istorum sine reliquo contingit salvare apparentia in motu solis. ergo nullum istorum necesse est ponere ad salvanda ea consequentia nota est. antecedens patet per ptholemeum dictione tertia almegesti minoris. vbi demonstrat ꝙ quolibet istorum modorum est possibile salvare apparentia ex motu solis. ¶ Secunda cōclusio ad salvanduz apparentia ex motu solis necesse est ponere solem habere ecentricum sine epiciclo vel concentricum cum epiciclo vel ecentricum cum epiciclo. probatur. quia nisi altero istorum trium modorum ponamus solem moveri non videtur posse salvari diversitas distantie solis a terra. secundum ꝙ sol est sub diversis gradibus zodiaci. vnde istis temporibus quando sol est in fine geminorū est magis remotus a terra q̄ quando est in principio capricorni. cum tam aux solis dicatur esse prope finem geminoruz: ⁊ eius oppositum prope principium capricorni. ¶ Secundo probatur hoc idem ex inequalitate motus solis in orbe signoruz. que certis deprehensa est instrumentis. cū enim in suo deferente equaliter moveatur sicut ex naturalibus principijs supponendum est: non potest moveri in orbe signorum inequaliter nisi detur ꝙ habeat ecentricuz. vel epiciclum. vel vtrunq̄. ¶ Tertio hoc idez cognoscitur ex eclipsi. nam cum aliquando terram inter solem ⁊ lunam diametraliter contingat interponi luna nullam vel paruam habente latitudinem. ⁊ tamen luna non patiatur eclipsim: ⁊ aliquando facta interpositione ⁊ manente latitudine eadez patiatur. alia causa dari non potest nisi ꝙ vmbra terre aliquādo ita brevis est ꝙ eius corpus nō potest attingere corpus lune. ⁊ aliquando est vmbra longior in tantum ꝙ tunc eius corpus obtenebrat corpus lune. abbreviatio autem ⁊ elongatio vmbre esse non potest nisi per approprinquationem ⁊ elongationē solis a terra. quanto. n. aliquod corpus lucidum maius corpore vmbroso propinquius est vmbro so. tanto vmbra brevior existit. eo ꝙ radij propinquius vniuntur. quanto vero remotius. tanto vmbra fit longior. ¶ Hoc idem similiter habet ex diversa longitudine solis

a terra. que secundum viam geometricaz inuenitur. sicut patet in quinta dictiõe almegesti. c. quintodecimo. ¶ Tertia conclusio. ad saluandum apparentiam ex motibus aliorum ser planetarum ponendus est ipsos habere epicyclos cum ecentricis. probatur: nam aliter non appareret modꝰ quomodo possemus saluare ꝙ illi planete aliquando sunt magis distantes a terra: aliquãdo minus: ⁊ aliquãdo sunt retrogradi: aliquando stationarij. aliquando directi. ⁊ aliquando processiui: excepta luna que nõ dicitur stationaria. nec retrograda. licet bene dicatur cursu velox vel tarda.

¶ Ad rationes ad primaz negatur cõsequentia. ⁊ ad probationem. dico ꝙ quanuis sint plures orbes celestes diuersa habentes centra. non tamẽ propter hoc sunt plures termini motuum grauium simpliciter. qz non cuilibet orbis celestis medium est terminus motuum naturalium grauiz simpliciter. ⁊ locus ipsorum naturalis. sed solum vnuz medium. s. centrum totius aggregati ex orbibus superceleſtibus quod dicitur medium mundi vel vniuersi. ⁊ ad illud tendunt simpliciter grauia. ¶ Ad secundam negatur consequentia. ad probationem. dico ꝙ terra est in medio totalis spere cuiuslibet planete. saltem quantum ad centrũ sue grauitatis. nec obstat ꝙ terra non est in medio ecentricoꝝ. qz ecentrici includuntur in orbibus totalibus planetarum. ¶ Ad tertiam negatur consequentia. ad probationez dico ꝙ ratio imaginatur vnum falsum. imaginatur enim ꝙ motus ecentricorum fiat circa centrũ mundi. sic ꝙ quilibet pũctus ecentrici deferentis continue maneat in eadem remotione ad terram. ⁊ illud est falsum. nec ponitur ab astrologis. imo ponũt ecentricos moueri circa centra propria. circa que etiam quelibet puncta ecentricorum continue eandẽ seruant distantiam. ⁊ ad talem motum saluandum deseruunt nobis ecentrici diffoꝛmis spissitudinis infra se includentes ecentricum spissitudinis vniformis. ¶ Ad quartam negatur cõsequentia. ad probationem. dico ꝙ non omne elongari a centro mundi est ascendere. nec omne appropinquare ad centrum mundi est descendere. sed solum elongari a centro infra concauũ orbis lune vel appropinquare ad centrum infra concauum orbis lune est ascendere vel descendere. modo sic non est de planetis. ꝙ infra concauuz orbis lune fiant centro propinquiores vel remotiores. ¶ Finaliter istam rationem iam solutam taliter qualiter que non solum vadit contra ecentricos. imo etiaz ⁊ magis contra epiciclos. suppositis principijs naturalibus. ceteris reputo fortiorem. sicut ergo bene vellem deducere prout mihi appareret. ¶ Ad quintam luna non habet epiciclum. negatur antecedens. ⁊ quando dicitur. tunc illa imago ⁊c. breuiter ergo nescio quid sit de illa imagine. pluries enim insperi lunã ⁊ bene vidi ibi quandam maculam nigrã. nullo tamen modo poteram ibi apprehendere imaginem talem. quaz quidam dicunt ibi apparere. s. imaginem viri habentis pondus spinarum in dorso. nihilominus quicquid de hoc sit. pro saluando illud ꝙ talis imago non appareat euersa potest dici. ꝙ hoc accidit propter motum lune specialez. quẽ habet circa centrum proprium. contra motuz epicicli. sicut dictum erat in arguendo. Et quando dicebatur. alie stelle non habent motus proprios circa earuz centra propria. ergo nec luna. negatur consequentia. nam luna non omnino est eiusdem nature in suis partibus sicut alie stelle. ⁊ ideo ipsa secundum vnam eius partem potest aliter influere. ⁊ aliter secundum aliam. ꝙ non possunt facere alie stelle. ⁊ ideo non mirum si ipsa luna ponatur moueri. circa centruz proprium. ⁊ alie stelle non. ¶ Ad vltimam. s. ad auctoritatem cõmentatoris. dico ꝙ ipse negandus est in hoc. ⁊ non mirum. quia ipsemet dicit super. 12. metaphysice ꝙ in iuuentute sua speranit pertingere ad aliam astronomiam q̃ ptolemei ponentis epiciclos ⁊ ecentricos. sed in senectute desperauit. ⁊ ideo inutilis debet eius positio ⁊ probatio hic reputari. ¶ Alij autez negantes epiciclos ⁊ ecentricos nõ fuerunt. nec sunt. si adhuc tales sunt nisi sophiste verbosi. sicut ben sunt multi qui ad panca respicientes de facili enũ ciant. ⁊ superfluas falsas imaginationes euomere presumũt. Et sic sit finis huius presentis questionis.

¶ Quoniã autem celum tale. corpus enĩ quoddam diuinum. propter hoc habet circulare corpus quod natura circũmoueatur. Huic autem nullam possibile manere partem: neq; vniuersaliter. neq; in medio. ⁊c. Textu cõmenti decimi septimi.

Questio VIII.

¶ Equitur consequenter pertractare illa que concernunt motum celi. ⁊ suarum partium tam maioꝝ sicut sunt orbes. q̃ minoꝝ sicut sunt astra. ⁊ quãtũ ad hoc volo querere tres de cim questiones. Prima est. vtruz omne celũ sit mobile. vel sit ponendũ aliquod celuz quiescens. accipiendo celũ pro orbe celesti. Scõo. vtrũ celũ moueatur cũ fatigatione ⁊ pena. Tertio vtrũ ista consequentia sit bona. si celũ monetur necesse est terram quiescere. Quarto. vtrum ista consequentia sit bona. celuz semper monetur. ergo necesse est ipsum moueri pluribus motibus. Quinto. vtrum ista consequentia sit bona. si necesse est esse generationes ⁊ corruptiones hic inferius. necesse ẽ esse plures motus celestes. Sexto. vtrũ motus celi ab oriente in occidentẽ sit regularis. Septimo incidẽtaliter. vtrũ omnis motus naturalis i fine debeat esse velocioꝝ q̃ i principio. Octauo. vtrum spere celestes diuersis moueantur motibus. Nono. vtruz corpora celestia suis motibus causant sonum. Decimo vtrum spere inferiores planetarum debeant moueri velocius motibus propijs. q̃ spere superiores. Undecimo. vtrũ sol ⁊ luna debeant moueri paucioribus motibus q̃ alii planete. Duodecimo. vtrum spera solis per suum motum magis calefaciat ista inferiora q̃ alie spere. Tredecimo. vtruz stelle moueantur per se. vel solum ad motum sui orbis.

¶ Quantũ ad primũ. ar. primo. ꝙ sic. qz sicut dicit Ari. in littera celũ monetur circulariter sed tale põt moueri ad vnã partẽ vel ad aliã idifferẽter vt de. a. i. c. per. b. vel. de. a. i. c. p. d. modo videmus ꝙ celũ determinate mouet ad vnã ptẽ. ita ꝙ nõ ad aliã ⁊ nõ a casu. nec a fortuna. cũ semp sic moueat. Ideo querẽda ẽ rõ ⁊ cã. quare sic magis moueat ad vnã partẽ q̃ ad aliam. ⁊ nõ põt illius reddi rõ ex pte istoꝝ inferioꝝ. qz nullo mõ debem⁹ dicere ꝙ determinatio celi sit p ista inferiora. imo ecõuerso tot⁹ iste mundus inferior p corpa supcelestia regit̃ ⁊ gubernat̃. Nec illius põt reddi rõ ex pte corporũ celestiũ nisi p dextrũ ⁊ sinistrũ. ⁊ añ ⁊ retro. sicut vꝝ velle Ari. qz p hoc. ⁊ nõ p aliud ipse nititur pdicti accidẽtis reddere rõnẽ s. qz motus dz icipe a dextro. ⁊ tẽdere ad añ ⁊ nõ ad retro Sz ista rõ. nõ vꝝ sufficere. nisi recurram⁹ ad aliqd celũ quiescẽs. eo ꝙ nunq̃ posset vna pars celi ad aliã ptẽ eiusdẽ celi moti peruenire. Ergo vꝝ. ꝙ oporteat ponere celũ quiescẽs qz p illud poterit valde bñ reddi ratio ꝛ pdictis. Istud enim celũ quiescẽs bñet in diuersis suis partibus diuersas influẽtias ꝓprietates ⁊ virtutes. per quas duo essent poli mundi. ⁊ vna alia esset nobilissima que vocaretur ante. ⁊ opposita retro. ⁊ quedã alia post illã nobilissimã esset inter ceteras nobilior que vocaretur dextrũ ⁊ opposita sinistrũ. Et tũc diceretur ꝙ ois pars celi moti q̃ esset sub illo dextro celi quiescẽtis appeteret. ⁊ inclinaretur naturaliter ad hoc ꝙ fieret sub illa parte nobilissima celi quiescẽtis. q̃ vocat̃ añ. ⁊ ita naturaliter quelibet pars celi incipiẽs motũ suũ a dextro. sine ẽt suã circulationẽ. monetur ad añ. qz natura intẽdit ad honorabilius. ¶ Secundo oẽ qđ̃ p se monet̃ localiter dz bñe locũ p se. ⁊ cuz vltima spera mota moueat̃ p se localiter pz ꝙ monet̃ p se. ⁊ non alio motu q̃ locali. ergo ipsa vltima spera mota dz bñe locũ p se. sz hoc nõ bñet nisi sup eã esset alia spera nõ mota ꝓtinẽs ipsam. qz diffinitio loci ẽ. ꝙ locus est terminus corporis ꝓtinẽtis. ⁊ qz locus dz eẽ imobilis. 4°. phy. vꝝ ꝙ super omnes speras motas sit vna spera imobilis. Nec valz solutio quã aliqui ad hoc adducunt. s. ꝙ vltima spera bz locum ꝛm ordinem eius ad

centrum suum quod est terra. quia terre in ordine ad vltimam speram nullo modo cõueniunt proprietates loci: nec enim sibi conuenit continere locatum. nec esse equale locato. ¶ sic de alijs. ¶ quia etiam per ipsum locum ¶ naturam loci debet ordinari motus localis naturalis. sed motus celi non ordinatur aliqualiter per ipsam terrã. ideo ¶c. ¶ Tertio. nullum per se mobile est per se firum. imo indiget firione per aliquod quiescens: vt patet in libro de motibus animalium. sed corpora celestia non habent firionem ex ipsa terra. sed magis econuerso. ergo in celestibus oportet ponere celum quiescens. ¶ per se firum. per quod omnia alia habent firionem. ¶ Et confirmatur. q: polos mundi oportet eẽ fixos ¶ imobiles. modo in speris planetarum nulli poli sunt fixi propter duplicem motum illarum sperarum. nec etiam in octaua spera. q: adhuc illa ſm astrologos mouet pluribus motibus. ¶ vniuersaliter nulli⁹ celi moti poli sunt imobiles. ergo vt videt̃ preter omnes celos motos oportet ponere celum imobile. in quo assignant̃ poli imobiles. ¶ Quarto. nam videmus magnam diuersitatem in fructibus in moribus hominum in pluribus alijs inter orientem ¶ occidentem. quibus plus est adhuc equaliter elenatus. sed illa diuersitas non potest saluari per speras mobiles. ¶ stellas que sunt in eis. cum omni die eedem oriantur stelle istis ¶ illis: sed illis qui sunt versus orientez citius ille stelle oriuntur. ¶ tardius illis qui sunt versus occidentem. ergo videtur q̃ ad saluandum dictam diuersitatem oporteat ponere preter speras mobiles vnã imobilem. que secundum diuersas ei⁹ partes. quas habet fixas super illis patrijs sit causa talis diuersitatis talium patriarum. ¶ Quinto. nam consimili ratione non videtur eẽ causa. quare vna pars terre esset habitabilis magis q̃ alia. nam illius causa non potest reddi ex celo moto. q: eedez partes celi voluuntur circa vnam partem terre. que est habitabilis. ¶ circa vnaz aliam que est inhabitabilis. ergo oportet de hoc reddere causam ex celo quiescente. cuius vna pars que ẽ super nos habet influentiam ¶ dominium super salutem animalium ¶ plantarum. ¶ alia magis habet dominiuz super congregationem aquarum. ¶ Sexto. nam dicunt astrologi q̃ plane maiorem habent virtutem in oriente. q̃ quando sunt aliqualiter elenati super orizontem. sed hoc non potest eẽ ex parte celi moti. propter hoc q̃ spere mote eadez pars que primo erat in oriente postea est elenata cum planeta. ergo oz vt videt̃ q̃ hoc sit pp naturam celi quiescentis. q̃ in oriente aliam habet influentiam. ¶ in occidente aliam.

In oppositum videntur esse illa que dicebantur primo huius. naz si poneretur tale celum quiescens. vtiq; ipsum esset corpus naturale sicut alij celi. ¶ cuz cuilibet corpori naturali debeatur aliquis motus naturalis. tale celum non eẽt semp quiescens. sed mobile. ¶ Secundo illud celuz si esset. deberet eẽ nobilius cetis motis. postq̃ esset super eos. ¶ continens eos ¶ dans eis virtutem ſm prius arguta. ¶ Sed probo q̃ nõ. quia motus est prior ¶ nobilior quiete. sicut habitus privatiõe. ergo videtur q̃ corpora mota sint naturaliter nobiliora quiescentibus. vnde terra ponitur quiescere. que ẽ ignobilissima. ¶ sic ad positionem illius celi imobilis videt̃ sequi. q̃ ipsum esset nobilius alijs celis ¶ non esset nobilius alijs celis. quod implicat. ¶ Tertio. licet illud celuz eẽt quiescens. tamen esset mobile. probatur. q: deus posset ipsum mouere. modo videtur inconueniens q̃ potentia ad actum ¶ perfectionem cuiusmodi est motus. fuisset frustra toto tempore eterno. ideo videtur eẽ inconueniens eẽ tale celum. quod nunq̃ fuisset motum. ¶ Breuiter propter istas tres rationes Ari. concessisset omne celum esse mobile. ¶ nullum esse imobile.

et ad rõnes primo factas. ꝛz sua principia. sic respondetur. ¶ Ad primam. dicereturq̃ celum magis moueretur ad vnam partez q̃ ad aliam. non est ex parte celi quiescentis. sed ex parte intelligentie. que aliter influit in vnam partem ¶ aliter in aliam. sicut prius declarabatur in cõsimili de anima intellectiua in ordine ad corpus. Et propter hoc vna pars celi dicitur dextrum. ¶ alia sinistrum. ¶ alia ante. ¶ alia retro. Et q: motus est a dextro per ante ad sinistrum. Ex hoc est q̃ celum taliter mouetur qualiter mouet. ¶ Posset etiaz dici. q̃ hoc esset ex libera voluntate intelligentie mouentis. ¶ Ad secundaz dico q̃ vltima spera non mouetur motu locali sed bene mouetur motu eiusdem speciei cum motu locali. de hoc prius fuit dictum in primo huius. ¶ Ad tertiam. dico q̃ celum non habet firionem oppositam motui. sed habet bene firionem motui recto oppositam. ¶ illa sufficit. ¶ habet illam a sua natura. ¶ a deo. ¶ Quando autem dicitur in de motibus animalium. omnem motuz indigere aliquo firo. intelligitur de motibus animalium. ¶ Ad quartam. ¶ ad quintam simul dicendum est q̃ ab eterno sic ordinatuz fuit a deo. sed quomodo naturaliter maneat vel varietur talis ordinatio dicam postea. cum tractabo questiones de centro celi sicut est terra. ¶ Ad vltimaz dico q̃ non est ad propositum. quia si esset celum quiescens. tunc alibi ¶ alibi habitantes. haberent in suis orientibus aliam ¶ aliam plagam celi quiescentis. ¶ ita etiam in suis occidentibus ¶ in suis meridiebus ¶ in angulis terre ¶ in angulis noctis. Et cum omnes astrologice iudicantes aspicerent ad ascendentia in suis orientibus. ¶ ita non faceret ad propositum virtus talis vel talis plage ipsius celi quiescentis ¶ imoti. Causa autem quare planeta in vna parte celi est vigorosior q̃ in alia. est alius ¶ alius modus proijciendi suos radios super ista inferiora. quando est in oriente. ¶ quando est in alia parte celi. Et sic est finis questionis.

¶ Adhuc autem sine labore propter neq; vna indigere violenta necessitate ¶c. Textu cõmenti tertii.

Questio ix.

Secundum propositorum erat vtrum celum moueatur cum pena ¶ fatigatione. ¶ Arguitur primo q̃ sic. celum mouetur cum resistentia. ergo celum mouetur cuz fatigatione ¶ pena. consequentia tenet. q: resistentia est causa fatigationis ¶ remissionis potentie motiue. antecedens probatur. quia celum mouetur certa velocitate. ¶ cum certa velocitas sequatur certam proportionem potentie mouentis ad resistentiam. sicut patet 7° physicorum. videtur q̃ celum moueatur cum resistentia. ¶ Et confirmatur hoc secundo. q: nisi celum moueretur cum resistentia. sequeretur q̃ moueretur velocitate infinita. hoc est falsuz. consequentia probatur. ex eo q̃ potentia naturalis mouens sine resistentia moueret velocitate infinita. sicut solet dici ō motu grauis simplicis i vacuo. ¶ Et confirmatur hoc tertio. si circa idez mobile sint diuerse virtutes diuersos motus intendentes. ille sibi inuicez resistũt. ¶ quandaz violentiam inferunt. per quam causatur fatigatio. sed sic est in celo. nam motor diurnus quanlibet sperarum planetarum mouet. ¶ inclinat ad vnum motum. scilicet. diurnuz. ¶ alter motor. scilicet proprius mouet ¶ inclinat eãdem speram ad alium motum. s. in obliquo circulo contra diurnum. ergo illi motus ¶ illi motores sibi inuicem resistunt. ¶ est simile sicut videmus in animali. anima enim inclinat ad motum naturalem de isto loco ad illum locum. ¶ grauitas corporis inclinat ad alium motum deorsuz. ¶ hec inclinatio resistit motui quem anima intẽdit. ¶ propter hoc animali accidit fatigatio ¶ labor. ¶ Confirmatur hoc quarto. q: Ari. dicit secundo huius in dando causam quare superiores planete longius tempus apponunt in perficiẽdo suas circuitiones q̃ planete inferiores quantũ ad suos motus proprios. hoc enim dicit esse. q: vltima spera motu diurno monetur velocissime. ¶ eam quantum ad illum motum assequuntur spere planetarum. ¶ sic q: ille motus velox videt̃ resistere motibus propijs. ¶ magis videt̃ posse resistere speris propinquioribus illius vltime spe. ideo ille tardius mouent̃ motibus suis propijs. vnde saturnus triginta apponit ãnos ad pficiendum vnam circulationẽ. luna autem que est infima vnum mensem solum. ergo videt̃ q̃ Aristo. in motu celi imaginetur resistentiam ¶ violentiam.

¶Et confirmatur .5. quinto vnum corpus simplex non habet nisi vnum motum simplicem naturalem: sicut dictum est primo huius. ergo cum spera lune sit corpus simplex: ⁊ moueatur pluribus motibus. oportet vnum illorum motum esse preter naturam ⁊ habentem quasi modum violentie. ⁊ hoc concordat dictis astrologorum dicentium: ꝙ vltima spera rapit alias inferiores motu diurno. raptus autem videtur sonare quandam violentiam. ¶Cõfirmatur hoc sexto. q̃ celum trahit secum ignem ⁊ aerem in superiori regione. sicut dicitur primo metheororum. ⁊ cum sic trahantur preter proprias ⁊ naturales inclinationes eorum. videtur ꝙ resistant trahenti. ergo saltem ex igne ⁊ aere: motus celi resistentiam habere videtur. ¶Secundo ad principale illa que quandoq̃ mouentur tardius. quandoq̃ velocius. videntur moueri cum fatigatione: sic est de quibuscunq̃ planetis. ergo ⁊c. maior est nota. q̃ retardatio motꝰ videtur esse signum fatigationis. minor patet de planetis. qui quandoq̃ dñr stationarij. qñq̃ directi. qñq̃ retrogradi. ¶Tertio. nisi virtus motiua celi esset fatigabilis sequitur ꝙ ipsa esset infinita intensiue. hoc est falsum. consequentia patet. ex eo ꝙ de facto haberet potentiam mouendi per tempus infinitum sine fatigatione. vnde si esset aliquod animal quod posset vigilare per tempus infinitum sine fatigatione: videtur esse potentie infinite. ¶Quarto. nam dicit Ari. in de somno ⁊ vigilia. ꝙ ois virtus naturalis ẽ fatigabilis. mõ motus celi cuius sit naturalis est a virtute naturali. ergo videtur esse a virtute fatigabili. quod est intentum.

Oppositum volunt Ari. ⁊ cõmentator. dicit n. Ari. ꝙ celum mouetur sine labore. ⁊ sine aliqua violentia ⁊ difficultate. ⁊ cõmentator dicit. ꝙ sine fatigatione q̃ non est ibi aliqua contrarietas. que dicit esse causa fatigatõnis. ¶In ista questione erunt duo articuli. ¶Primo enim videbitur quid sit fatigatio. ⁊ que sit causa fatigationis ⁊ in quibus reperiatur. Secũdo respondebitur ad quesitum.

Quantum ad primũ sciendũ est. ꝙ fatigatio proprie loquendo est diminutio virtutis actiue cognoscitiue pp longã actionẽ: q̃ quidẽ virtus diminuta per requiem põt restaurari vel recuperari. Et dicitur notanter virtutis actiue ad denotandum ꝙ potentia pure passiua nõ est fatigabilis. ⁊ addit cognoscitiue: ad denotandũ ꝙ potentie actiue non cognoscitiue non sunt fatigabiles. vnde lapidẽ in descendendo non dicimus fatigari. nec ignẽ in cõburendo: ⁊ sic de alijs. Et vlterius additur propter longam eius actionem ẽt ad denotandum ꝙ homo nõ proprie fatigatur si fit factus impotẽs ex senectute vel egritudine vel ex defectu membri. Sed si fiat impotẽs vel minus potẽs. q̃ nimis ambulauit vel nimis vigilauit. dicim⁹ ipsum esse fatigatum. que quidem impotentia vel minor potentia fit propter exhalationem spirituum: quos natura mittebat ad membra laborantia. qui cum expirauerint mẽbra fiunt impotentia: donec tales spiritus per requiem fuerint recuperati: ⁊ non solum spiritus. imo etiam humores mittuntur ad membra laborantia. ⁊ fit quedam inordinatio in corpore propter quam corpus fit minus potens. donec per requiẽs fuerint spiritus recuperati: ⁊ humores ordinati. ¶Tũc sit prima ꝯclusio. nulla fit fatigatio sine actione disponente ad corruptiones. probatur. nulla fit diminutio virtutis sine tali actione. ergo nulla fit fatigatio sine tali actione. cõsequentia tenet quia omnis fatigatio est diminutio virtutis. per diffinitionem fatigationis. antecedens probatur. quia si debet esse virtutis diminutio. oportet ꝙ sit alteratio. ⁊ per cõsequens actio corruptiua. ¶Secunda cõclusio ꝙ causa fatigationis est contrarietas. patet hoc. quia contrarietas est causa actionis corruptiue. ⁊ actio corruptiua est causa fatigationis: ergo similiter contrarietas est causa fatigationis. consequentia patet. per illam maximam. gc quid est causa cause est causa causati. antecedens patet quãtum ad primam eius partem primo de generatione. secũda antẽ pars antecedentis erat conclusio ꝓcedens. ¶Tertia conclusio. nulla virtus agens sine resistentia est fatigabilis. patet. q̃ ibi deficit causa fatigationis. puta resistentia ⁊ contrarietas. ¶Sed diceres cõtra. sensus agit sine resistẽtia ⁊ contrarietate. ⁊ tamen fatigatur. ¶Respondetur ꝙ ad cognitionem sensitiuam concurrunt plures actiones. vna ẽ actio obiecti in sensum. alia est ipsamet cognitio. deinde alie sunt ibi actiones ꝯcurrentes alterative ⁊ dispositiue ad corruptionem organi ⁊ potentie. ¶Modo licet prime due actiones fiant sine resistentia ⁊ contrarietate. tamen vltime actiones non. Et ideo bene ꝓceditur. ꝙ ex primis duabus actionibus potentia sensitiua non fatigatur. nihilominus ex actionibus vltimo dictis bene accidit fatigatio. imo aliquando totalis corruptio. ¶Quarta conclusio. licet contrarietas sit causa fatigationis. non tamen omnis potentia agens cuius cõtrarietate est fatigabilis. patet de igne. qui licet agat cum cõtrarietate. tamen non solemus dicere ignem fatigari. ⁊ hoc est ex eo. quia licet contrarietas sit causa fatigationis. non tamen est causa fatigationis sufficiens. sed cum hoc requiritur ꝙ potentia agens cum contrarietate. vel ad cuius actionem concurrit actio contrariorum sit cognoscitiua. ¶Quinta conclusio. omnis potentia cognoscitiua agens cum cõtrarietate vel ad cuius actionem requiritur actio contrariorum est fatigabilis. patet. q̃ iuxta actionẽ illius potentie possunt esse sufficientes cause fatigationis.

Quantum ad secundum articulum. sit ista conclusio. ꝙ quilibet motus celi fit sine fatigatione. ista conclusio probatur sic. primo ex parte mobilis. illud mouetur infatigabiliter. quod nullo modo contrariatur motori. nec per se. nec per accidens. sed sic est de celo respectu intelligẽtie. igitur ⁊c. maior est nota ex precedenti articulo. nam causa fatigationis est contrarietas. ⁊ resistentia per se vel per accidens reperta in actione mouentis. vel in aliqua alia presupposita. ab actione mouẽtis. vel ipsam concomitante. minor patet. quia celum omnino absolutum est a grauitate. lenitate. caliditate. ⁊c. ⁊ vniuersaliter ab omni tali qualitate cui aliquid est contrarium. ¶Secundo celum non resistit motori. ergo motor mouet ipsum sine fatigatione. consequentia tenet ex precedenti articulo. antecedens probatur. nam si resisteret motori. tunc inclinaretur ad quietem vel ad motum contrariorum. ⁊ si ita eẽt. tunc iam moueretur violenter. sed hoc est falsum ex eo ꝙ tunc nullo modo fuisset tãdiu sic motũ. propter hoc ꝙ nullum violentum diu durat. ¶Tertio arguitur ad idem. ⁊ hoc ex parte virtutis mouentis. nam si intelligentia fatigaretur in suo motu quem facit in mouendo celum non posset monere perpetuo. cuius tamen oppositum probat Ari. octauo physicorum. nisi ipsa esset infinita intensiue. modo hoc est falsum. nam tunc quelibet intelligentia mouens eẽt deus. quod nullus cõcederet sane mentis. consequentia tenet per hoc. quia si continue fatigaretur cõtinue remitteretur. sed non potest continue remitti. ⁊ cum hoc perpetuo mouere nisi esset infinita intensiue. ergo concluditur. ꝙ vel intelligentia non perpetuo moueret celum. vel mouet ipsum sine fatigatione. vel de facto est infinita intensiue. sed primum ⁊ tertium sunt impossibilia. ergo ꝑm est sustinendum. ¶Quarto. virtus mouens celum est indiuisibilis. ergo infatigabilis. antecedens patet. 12°. metaphysice. consequentia probatur. quia cum fatigatio sit diminutio virtutis. vel saltem dispositiua ad talem diminutionem. ⁊ cum indiuisibile non possit diminui. sequitur ꝙ indiuisibile non potest fatigari. ¶Quinto intelligentia mouens celum est inuariabilis ⁊ intrãsmutabilis. ideo dicit Aristo. primo huius. talia entia sicut intelligentias non mensurari tempore. ergo intelligentia non potest velle monere vna vice velocius q̃ alia. vel tardius. ergo si fatigaretur. ⁊ moueret tardius q̃ vellet esset coacta. ⁊ sic non esset libera. quod est contra Aristo. 12. metaphysice.

Ad rationes ad primum. celum mouetur cũ resistẽtia. negat. ad ꝓbationẽ velocitas sequit proportionem ⁊c. dico qõ hoc intelligitur de mouentibus mere naturaliter. nõ de agentibus voluntarijs. qualis est intelligentia mouens. ¶Ad secũdam cõfirmationem. negatur consequentia. ex eo ꝙ celum mouetur ab agẽte voluntario. vnde qs dubitat quin potẽtia mo

uens volũtaria potest mouere aliquod graue in vacuo successiue. non obstãte q̃ moueret sine resistentia nec etiaz est simile de graui moto in vacuo a potẽtia naturali. ⁊ de celo moto sine resistentia. q̃z de natura grauis est esse: ⁊ permanere deorsum. sed non sic est de natura celi in aliquo loco p manere: non enim est de natura solis. magis esse in oriẽte. q̃ in occidente. ⁊ ita q̃ uis non sit resistentia vel violentia. non tamen oportet q̃ subito fiat in oriente ⁊ in occidente.

¶ Ad tertiam confirmationem. dico q̃ motus diuersi diuersorum orbium non sibi inuicem resistunt. nec sunt sibi inicem contrarij. q̃z dictum est prius. q̃ motui circulari nihil est contrarium. ⁊ etiam ex eo q̃z motus diuersi ipsorũz orbium celestium. quorum vnus est versus vnam partez. ⁊ alter versus aliam sunt super diuersis polis. ⁊ ideo non se mutuo impediunt. ¶ Ad quartam confirmationem. dico q̃ hoc nõ est propter hoc q̃ superiores orbes plus violententur. sed hoc est propter influctiam superioris orbis. que maior est in orbibus planetarum superioribus q̃ inferioribus. de hoc postea dicetur diffusius. ¶ Ad quintam ꝓfirmationem. ocedo q̃ vnum corpus simplex non habet secũdum naturam sibi appropriatam nisi vnũ motum simplicem naturalẽ. sed cum hoc põt stare q̃ habet illũ ⁊ vnũ aliũ qui tamẽ nõ est sibi naturalis nec violentus sed ineſt ei preter naturã. ⁊ est ei impertinẽs. q̃z nec ad ipsũz sequitur secũdum naturam illius orbis. nec ei repugnat. Et quãdo dicebatur. q̃ i motibus orbium planetarum sit quidam raptus. dico q̃ hoc non est bene dictum. licet ad bonum intellectum possit capi. s. q̃ in orbibus planetarũ recipiẽ influentia ab orbe supremo regulariter moto ab oriente i occidentem. que quidem influctia monet tales orbes motu diurno cum hoc q̃ dicti orbes monẽtur motibus proprijs. sed talis motus diurnus. sicut dictum est. non est dictis orbibus naturalis. nec violentus. sed preter naturaz. de quo quidẽ motu p̃ter naturaz qd sit. ⁊ qualis sit latius dicebat primo huius. ¶ Consimiliter dicat ad ꝓfirmatõnẽ vltimã. ¶ Ad scõm principale. dico q̃ ibi aliq̃ est retrogradatio. ⁊ non ẽ propter lassitudinẽ vel fatigationẽ potẽtie mouẽtis. nec pp planetã motũ cũ resistẽtia. sed hoc accidit propter aggregationẽ pluriũ motuũ in vno mobili. ¶ Ad tertium negatur ꝓsequẽtia. propter hoc q̃ intelligẽtia nõ monet celũ cũ resistentia. verum tñ si moueret cum resistẽtia. ⁊ cum hoc nõ eẽt fatigabilis tũc sequeretur ipsam eẽ infinitaz intẽsiue. sed q̃z nõ monet cum resistẽtia nõ oportet si est infatigabilis q̃ propter hoc sit infinita intẽsiue. ¶ Ad quartum principale. dico q̃ Ari. hoc intellexit nõ simpliciter de omni virtute naturali. sed de omni virtute cognoscitiua. q̃ p longam eius actionem diminuit. Et sic est finis questionis.

¶ Necesse igit terrã esse. hec enĩ gescit i medio ꝛc. Textu ꝓmẽti decimioctaui. Questio. x.

Tertium propositorum erat. vtrũ illa ꝓsequẽtia sit bona. celum monetur. ergo necesse est terram gescere. probatur q̃ nõ. ꝓsequẽs est falsum. ⁊ antecedẽs vez. ergo ꝓsequẽtia nõ valet ꝓña tz añs ꝑbat. q̃z nullã terrã necesse est gescere eo q̃ nullã terraz necesse ẽ eẽ. ⁊ p ꝓs nullã terrã necesse est eẽ gescentẽ. ⁊ p ꝓs nullã terrã necesse est gescere. alia aũt ps antecedẽtis ꝓcedit cõiter ab oribus. ¶ Scõdo ꝓfirmatur hoc. q̃z possibile ẽ terrã moueri. ergo nõ necesse est ipsaz quiescere. ꝓsequẽtia tenet. antecedẽs ꝑbat. q̃z possibile est q̃ plus generetur de granitate ex vna pte q̃ ex alia. ⁊ si sic fieret. ipa moueret. ¶ Probat tertio q̃ ẽ facto semp monet. q̃z semp grauitas ab aliqua pte plus diminuit q̃ ab alia. s. a pte quaz respicit sol. que continue est alia ⁊ alia fm q̃ sol monet circulariter sup terram. ergo ad hoc quod medium granitatis terre maneat medium mundi videtur q̃ oporteat terrã semp moueri. si continue alia ⁊ alia pars terre efficit leuior. ¶ Secundo ad principale. oppositũz consequentis non interimit antecedens. ergo ꝓsequẽtia nõ est bona. ꝓsequẽtia tz ex regulis ꝓñaz. antecedẽs ꝑbat. q̃z nõ segt. terra nõ gescit. ergo celum non monetur. ex eo q̃ motus celi est prior naturaliter quiete terre. ⁊ ideo ex positione vel remotione quietis terre nõ sequit positio nec remotio motus celi. ¶ Tertio si tota terra esset in loco ignis. ipsa moueret descendendo sicut vult Ari. in littera. ⁊ tamen non propter hoc celuz desineret moueri. ¶ Quarto si dicta consequentia valeret hoc videretur esse pro tanto q̃ si terra moueretur. ⁊ non quiesceret. tunc celum non haberet se aliter ⁊ aliter ad terram. sed probo q̃ non propter hoc. q̃z licet hoc ita esset. si terra moueretur cum celo ab oriente in occidentez. tamen hoc non sic esset si terra moueretur contra celum. ¶ Quinto deus potest mouere totam terram cum ipso celo. nec p

Oppositum pter hoc celuz quiesceret. vult Aristo. in littera.

Pro ista questione sciendum est q̃ cuz dicitur celum monetur. ergo necesse est terraz q escere ly necesse potest esse determinatio consequẽtie. vel potest esse pars ꝓsequentis. primo modo esset sensus. hec consequentia est necessaria. celum monetur. ergo terra gescit. secundo modo esset sensus. ad istam celum monetur. sequitur ista necesse est terram quiescere. modo in proposito ly necesse debet accipi q̃ sit nota consequentie. ⁊ non pars consequentis. ¶ Secundo notandum est. q̃ aliquaz consequentiam esse bonam intelligitur dupliciter. vel esse bonam gratia forme. vel esse bonaz gratia materie. modo clarum est dictam consequentiaz non valere gratia forme. non. n. tenet in omnibus terminis. ⁊ ideo in proposito intẽditur vtrum sit bona gratia materie. ¶ Et quantũ ad hoc sciendum est. q̃ plures sunt modi. quibus diuersi volunt ostendere dictam consequentiam valere gratia materie. primus supponit q̃ hec est necessaria. terra quiescit. secundus supponit. q̃ necessarium sequitur ad quolibet. sicut ex impossibili sequit quodlibet. Tunc sic primum modus defendendi ꝑdictam consequentiam diceret consequentiam valere gr̃a materie. virtute duaz dictaz suppositionum. Sed hoc non valet. q̃z terrã quiescere non est necessarium simpliciter. seu nõ est tale necessariũ quod sequit ad quodlibet. vñ sicut nõ ex omni impossibili segt quodlibet. sz solum ex impossibili iplicante ꝯtradictionẽ. seu ex illo qđ est impossibile de forma. sicut eẽt copulatiua ex partibus sibi inuicẽ ꝯtradicentibus cõposita. sic ẽt. non quodlibet necessarium segtur ad quodlibet. ¶ Secundo q̃z hoc non intendit Aristo. q̃z sic non magis sequit terre quiescere ad celum moueri. q̃ ad sortez moueri. ¶ Secundus modus defendendi dictam consequentiam est iste. supponit enim q̃ omne quod monetur indiget quiescente fixo vt dicit Aristo. in libro de motibus animalium. ⁊ ideo si celum monetur. oportet q̃ sit talis motus circa aliquod quiescens fixum. quod non videtur aliud q̃ terra quiescens. ¶ Sed illud adhuc nõ sufficit. quia Aristo. in de motibus animalium solum loquitur de motu progressiuo. ita q̃ semper animal in suo motu indiget aliquo appodiamento fixo. nec adhuc oportet q̃ illud quiescat simpliciter. sed q̃ quiescat. vel moueatur alter q̃ ipsum animal quod monetur. sicut patet de homine qui potest moueri in naui mota. sed quia celuz non monetur motu progressiuo. ipsum non idiget aliquo tali appodiamento fixo. super quo moueatur. ¶ Tertius modus defendendi dictam consequentiam est supponens q̃ moueri est aliter se habere q̃ prius respectu alicuius quietis. ergo si nullum esset quiescens videretur q̃ celum non moueretur. modo nullus est quiescens. nec ignis. nec aer. nec aqua. respectu cuius motus celi se habeat vniformiter aliter ⁊ aliter nisi terra. que est in centro. vnde si esset alibi quam in centro celum non describeret equales angulos super eaz in temporibus equalibus. ergo necesse est q̃ illud quiescens respectu cuius celum monetur. sit in centro. sed illud. non est aliud q̃ terra. nec potest esse aliud. ergo necesse est ipsam quiescere in centro. ¶ Sed iste modus ad huc non videtur sufficere. nam ad hoc q̃ aliquid moueatur. non oportet q̃ habeat se aliter quaz prius ad aliquod extrinsecum. sed sufficit q̃ habeat se aliter ⁊ aliter quaz prius intrinsece. vnde si deus mouceret totalem mundum

motu recto. sicut est possibile p'out dicit articulus parisien sis ꝙ totalis mundus nō haberet se aliter ⁊ aliter ad aliqđ extrinsecum licet bene haberet se continue aliter ⁊ aliter in intrinsece. secundū ꝙ in ipso continue esset alia ⁊ alia pars motus. ¶Secundo. nā ꝑm astrologos. epicyclus moueꝯ circa centrū ꝓpriū. in quo qdē centro non est aliquod qui escens. sed totū mouetur. ergo non oportet omnē motū eē circa aliquod quiescens. ¶Tertio. nā si terra moueretur contra motū celi. celū posset se habere aliter ⁊ aliter ad terrā. ⁊ tñ tunc terra non quiesceret. sed moueretur. sed ipsū celū non haberet se aliter ad terrā. cū terra moueretur cuꝫ celo ab oriente i occidētē. circulatiōe eque veloci. ¶Quartus modus defendendi dictā ꝙsequentiā. est magis probabilis. ⁊ illū approbo. ꝓ quo supponitur primo ꝙ motus celi secundaria intentione tanꝯ ꝓpter finē. est ꝓpter generationē ⁊ corruptiōnē istoꝝ inferioꝝ. put dicit cōmentator. ¶Supponitur secūdo ꝙ si generatio ⁊ corruptio sunt necesse est elementa ⁊ alia esse. ⁊ eo modo quo debent ordinari respectu generatiōis ⁊ corruptionis. ⁊ ꝓ salute generabiliū ⁊ corruptibiliū. Tūc arguitur sic. celū mouetur. ergo generationes ⁊ corruptiones istoꝝ inferioꝝ sunt. consequētia tꝫ. p locum ab effectu cause finalis ad causam finalē. ꝑ primam suppositionē. tunc vltra. generationes ⁊ corruptiones istorum inferiorū sunt. ergo elemēta ⁊ alia sunt. ſ. requisita ad generationē ⁊ corruptionē. ⁊ ad salutē generabiliū ⁊ corruptibiliuꝫ. ſꝫ hoc ē terrā quiescere in medio. sup cuius vna parte aquis discooperta generabilia ⁊ corruptibilia. sicut sunt homines. plante. ⁊ alia animalia saluētur. ergo terra quiescit. consequētia tꝫ ꝑ secundam suppositionē. ergo a primo ad vltimum. si celum mouetur terra quiescit. ¶ſꝫ notanduꝫ ē ꝙ illud non intelligitur de quiete terre simpliciter. ſꝫ de quiete terre a motu circulari vna cuꝫ celo circulando eque velociter. Et sic ꝑz quomodo dicta consequētia ē necessaria. non simpliciter. ſꝫ supposita generatione ⁊ corruptione naturali. ⁊ ordine consueto.

Ad rationes Ad primam potest dici. ꝙ semper est eadem terra. saltez vnitate continuationis: eo modo quo dicimus secanam eē modo eundem qui fuit sunt centum anni. licet non sit eadē terra semper idētitate simpliciter dicta quo modo dicimus celum esse modo idem quod fuit sunt centum anni. Uel potest dici. ꝙ terra non semper quiescit. licet semper quiescat terra. ¶Ad confirmationē secundaꝫ bene concedo ꝙ non est necessarium simpliciter terrā quiescere. licet bene sit necessarium ex conditione. sicut dictum est in questione. vel potest dici. ꝙ semper terra quiescit saltez taliter ꝙ non potest naturaliter multum amoueri de suo loco. licet quando ꝯ moueatur tota. semper tamen adhuc manet in eodem loco vel prope. Et per idem respondeatur ad tertiam confirmationem. ⁊ aliter potest responderi ad tertiam confirmationem dicendo ꝙ non quecunqꝫ leuificatio ab vna parte facit eaꝫ moueri. ⁊ hoc propter aerē resistētē ex alia parte. ¶Ad secundum principale. dico ꝙ illa ratio bñ ꝓbat: ꝙ motus celi non est causa quietis terre nec eōtra. licet celū ⁊ influentie sint cause quietis ꝑ influētiam generalē. ¶Ad tertiam illa bñ probat dictam consequētiam non eē necessariam simpliciter. sicut dictum est. ¶Ad quartam patet ex quarto modo defendēdi dictaꝫ consequētiā valere. ¶Ad quintam dico ꝙ bene probat dictam consequētiam non eē bonā simpliciter seu gratia forme. ⁊ hoc cōceditur sicut dictum ē. ⁊ sic ē finis questionis.

¶Quoniaꝫ autē celū tale corpus eni quoddaꝫ diuinū. ꝓpter hoc habet circulare corpus qđ natura circūmoueatur semper ⁊c. Textu ꝓmenti decimiseptimi.

Questio xi.

Uartum propositorum erat. Utrum ista consequētia sit bona. celum semper mouetur. ergo necesse ē ipsum moueri pluribus motib⁹. ¶Et arguit ꝙ nō. antecedēs ē vex ⁊ ꝑs falsum. ſꝫ ex vero nō segit falsuꝫ. ergo dicta consequentia non valet. ꝙ consequens sit falsum. patet ex eo ꝙ ipsius celi non sunt plures motus. patet ex eo. naꝫ celum est vnum corpus naturale. vnius autez corporis naturalis nō est nisi vnus motus naturalis sicut dicebatur primo huius. ¶Et confirmatur hec. nam alia simplicia sicut sunt ignis: aer: aqua: terra: non sunt mobilia nisi vno motu naturali. igitur nec celū ē mobile pluribus motibus. ¶Secundo supremū celū sp mouet ⁊ tñ non mouet pluribus motib⁹. ergo ꝑa ꝓposita ñ valꝫ vult Aristo. in littera.

Oppositum ꝓ ista qōne sciēdū ē ꝙ ad hoc ꝙ dicta cōsequētia valeat non sufficit dicere ꝙ consequētia valeat. qꝫ consequēs est necessarium. ⁊ propter hoc sequitur ad quodlibet. sed oportet assignare aliā causam ꝑm processum ari. sicut dicebaꝯ in priori questione. ¶Et ideo sciendum est ꝓ responsione ad questionem. ꝙ celuꝫ moueri pluribus motibus nō intelligitur de toto celo cathego rematice sumpto. sed intelligitur ꝙ vna pars celi mouea vno motu ⁊ alia alio. ¶Deinde sciendum est ꝙ Ari. in littera quinqꝫ facit consequētias principales. ¶Prima ē de qua dicebatur in precedenti questione celum semper mouetur. ergo necesse est terram semper quiescere. ¶Secūda. necesse est si terra est: ignem esse. ¶Tertia est. si duo elemēta extrema sunt. necesse est intermedia esse scilicet aerem ⁊ aquam. ¶Quarta est. si ista elementa sunt. necesse est generationem ⁊ corruptionem esse. ¶Quinta est. si generatio ⁊ corruptio sunt. necesse ē celum moueri pluribus motibus. Ex quibus sequitur sexta principalis arguendo a primo ad vltimum. ſ. si celum semper mouetur necesse eē ipsum moueri pluribus motibus. Tunc de bonitate istarum consequentiarum videamus per ordinem. ¶De prima visum ē in ꝓcedēti questione Secunda autē ꝓbatur. si vnum oppositorum ē in natura. ⁊ reliquum. modo ignis ⁊ terra sunt ꝓtraria ꝑ suas qualitates. ergo si terra ē ignis ē. ¶Secundo si vnum extremum ē aliud ē: ita ꝙ si deorsum ē sursum ē. ⁊ ipossibile ē ꝙ locus sursuꝫ sit vacuus. ⁊ illud quod ibi ē naturaliter ē leue sicut ignis. ergo si terra ē deorsum ignis ē sursum. ¶ſꝫ diceret aliquis. videtur ꝙ non oportet ꝙ si vnum contrariorum sit in natura. ꝙ reliquum sit vel possit eē. nam plenum ⁊ vacuum sunt contraria. ⁊ tamē non oportet si plenum sit. ꝙ ergo vacuuꝫ sit vel possit eē. Similiter finitum ⁊ infinitum sunt contraria. ⁊ tamē non oportet si finitum sit. ꝙ ergo infinitum sit vel possit eē. ¶Secundo diceret aliquis. nam videtur ꝙ ignis ⁊ terra non sunt contraria: nam igni contrariatur aqua. ergo si cum hoc sibi contrariaretur terra. tunc vni plura eēnt contraria. modo hoc ē falsum. nam tantum vnum vni opponitur. ꝑ Ari. 10. meta. ¶Ad ista. Ad primū dico ꝙ plenuꝫ ⁊ vacuū non sunt ꝓtraria. ſꝫ sunt ꝓuatiue opposita. ita fit nec finitū ⁊ infinitū. ¶Ad secundū dico ꝙ nō ē incōueniēs vni plura eē contraria ꝑm diuersas qualitates qualiter ē in proposito. ¶Tertia cōsequētia probatur. ſ. si terra ⁊ ignis sunt. alia elemēta intermediā sunt. ¶Primo si vnū cōtrariorū ē in natura. reliquū ē i natura. modo ignis principaliꝫ cōtrariat aque. ⁊ terra aeri. vt ꝑz ſcdo de generatione. nam sicut arguit ibi. qualitates ꝓme. ſ. caliditas. frigiditas. ⁊ humiditas. ⁊ siccitas. sex modis possunt cōbinari. quoꝝ duo sunt ipossibiles: ⁊ alij quatuor sunt possibiles. scōm quos accipit numer⁹ quatuor elemētoꝝ. q̄ sunt terra. ignis. aer. ⁊ aqua. ſ. duo extrema: ⁊ duo ītermedia. ¶Tertio posset adduci ꝙ hoc rō platonicoꝝ. qui imaginant ꝙ duo elemēta. extrema. ſ. ignis ⁊ terra. sint sicut duo numeri cubici. ſꝫ necessario inter quoscunqꝫ tales duos numeros sunt duo numeri medij ꝓportiōales. qui videtur eē cōrūdētes duobus elemētis medijs. ¶Quarta ꝑa ꝓbat. qꝫ si quatuor elemēta sunt. gnābilia ⁊ corruptio sunt. qꝫ sunt ꝓria scōm suas qualitates. ergo alterabilia. ⁊ cōicantia in materia. ergo gnābilia ⁊ corruptibilia. cū alteratio fit ꝓp gnātionem. sicut ꝑz primo ð gnātione. ¶Quinta ꝑa probatur. ſ. si gnātio ⁊ corruptio sunt. necesse ē celuꝫ moueri pluribus motib⁹. supponēdo ꝙ isti motus inferiores dependent a celo moto. licet non a motu celi. sicut ꝑz primo metheurorum. ⁊ scdo

de generatione: ⁊ per experientiam. sed ad causandum generationes ⁊ corruptiones specierū nō sufficeret vn⁹ mot⁹ celi. imo necessario requiritur cum motu diurno motus solis ⁊ planetarū in obliquo circulo. aliter nō fierent hyems. estas ⁊ mutationes tempor. nec per cōsequens generationes ⁊ corruptiones. eo modo quo fiunt. ergo si generationes ⁊ corruptiones istor inferior sunt ⁊ debēt fieri modo ꝓsueto oportet ꝙ celum moueat plurib⁹ motib⁹. ¶ Tūc ꝓbat sexta ꝓsequētia. arguēdo a primo ad vltimū sic. si celum semper mouetur. necesse est terram semper gescere. ⁊ per cōsequens semp esse. sed si terra est. ignis est. ⁊ si terra ⁊ ignis sunt. elementa intermedia. s. aer ⁊ aqua sunt. sed si quatuor elementa sunt. generationes ⁊ corruptiones diuerse sunt. ⁊ fiunt in istis inferioribus. sed si generationes ⁊ corruptiones diuerse sint. ⁊ fiant in istis inferioribus. necesse est celum moueri pluribus motibus. ergo de primo ad vltimū. si celum semp mouetur. necesse est ipsum moueri pluribus motibus per illam regulam. quando ad aliquod antecedens sequit̄ cōsequens. gcgd sequit̄ ad consequens sequit̄ ad antecedens. ¶ Sed diceres q: cōsequētie ꝑdicte non sunt formales nec similes. sed tenent ⁊ ꝓbant̄ per diuersa media. ergo in talibus non valet arguere de ꝓmo ad vltimū. sicut potest exemplificari sic arguendo. si nullū tempus est. dies non est. si dies nō est. nox est. ⁊ si nox est. aliquod tempus est. non tamen sequitur a primo ad vltimum nullum tempus est ergo aliqđ tempus est. ¶ Respondet̄ ꝙ omnis ꝓsequētia de primo ad vltimū est bona. si iterme die sint bone: q̄tūcūq; vario modo ꝓbent̄. qđ patet p illā cōmunē regulā ꝓsequētiarum. si aliquid sequit̄ ad ꝓsequēs. sequit̄ ad antecedens. ¶ Aduertendū tamē ꝙ illa ꝓsequētia de primo ad vltimū nunquā est melior vel formalior q̄ sit debilior illarū intermediarū. ita ꝙ si aliqua illarum sit vt nunc: vel materialis. tunc illa de primo ad vltimū erit vt nunc: vel materialis. Et causa est. quia tenet in virtute illius intermedie. vel intermediorum si plures sint. ¶ Tunc ad illud exemplum qđ adducebat̄. si nullum tempus ⁊c. dico ꝙ primū antecedens. vel est possibile vel impossibile. s. nullū tempus est. si est possibile. tunc illa ꝓsequētia intermedia nō valet. dies nō est ergo nox est. ⁊ ideo non mirum si etiā illa a primo ad vltimū non valeat. nullus tempus est. ergo aliquod tempus est. Si autem primū antecedens est simpliciter impossibile. s. nullum tempus est. tūc cōsequentie intermedie sūt bone. ⁊ etiaz a primo ad vltimū. s. nullus tēp⁹ est. ergo aliquod tempus est. cū ad ipossibile simplr sequatur qđlibet. sicut in logica demonstratiue adduxi.

Ad rationes Ad primā dico. ꝙ vtiq; ipsius celi sunt plures motus. nō fm diuersas eius partes. nec huic obstat quin vnius corporis simplicis sit vnus motus naturalis simplex imo ꝙ plus est aliqđ celum omnino idem in numero. s. aliquis orbis pōt moueri simul pluribus motibus. verum est tamen ꝙ non ambo sibi insunt naturaliter. sed vnus est sibi naturalis. et alter est sibi impertinēs. Et quando dicebat̄. alia simplicia. sicut elementa non mouent̄ pluribus motibus. dico ꝙ nō est simile ō motu illor ⁊ ō motu celi. ꝓpter hoc ꝙ plures motus recti non possunt adinuicem cōmisceri in eodē mobili. ⁊ hoc ꝓpter eorum repugnantiam. ⁊ ꝓtrietatem: sed bene plures motus circulares adinuicem in eodem mobili miscent̄. ¶ Ad ſcām illa bñ ꝓbat ꝙ ꝓna ꝓposita nō ē formalis. cū quo tamen bene stat. ꝙ est bona gratia materie. ¶ Quod quidē igitur generationē ee necessariū ex his manifestum: si autem generationē necessarium ⁊ aliā eē lationē aut vnā aut ꝑes ⁊c. Textu ꝓmenti vigesimi. Questio. xii.

Vtrum propositorum erat. vtrū ista consequentia sit bona. si necesse est generationes. ⁊ corruptiones esse hic iferius. necesse est esse plures motus celestes. Et arguitur ꝙ non. si celum ſquiesceret. adhuc hic inferius essent generationes ⁊ corruptiōes. ergo ad hoc ꝙ plures sint generationes: ⁊ corruptiones hic inferius. non oportet esse plures motus celestes: ⁊ per consequens consequentia propositā non valet. cōsequentia tenet. antecedens probatur. nam quāuis celum quiesceret. adhuc cōtraria sicut ista inferiora puta elementa essent adinuicez applicata. ⁊ per cōsequens agerent in se: vel inter se. ⁊ illud quod esset fortius corrumperet illud quod esset debilius: talis enim est contrariorum natura. ꝙ sint adinuicez activa ⁊ passiua si fuerint adinuicem applicata. nec apparet quid prohiberet quin combureretur ⁊ corrumperetur stupa. si ei applicaretur ignis non obstante ꝙ celū gesceret. ¶ Secundo supposito ꝙ celum nunc inciperet quiescere nō propter hoc animalia ⁊ plante que modo sunt semper manerent. sed si non semper manerent aliquando corrumperentur: sed quando corrumperentur. ex eis alia generarentur. cum corruptio vnius sit generatio alterius. primo de generatione. propter hoc ꝙ materia non potest esse sine forma. ideo non obstante quiete celi: adhuc fierent generationes ⁊ corruptiones in istis inferioribus. ¶ Tertio celum nō agit in ista inferiora solum per motum. imo etiam per lumen. ⁊ influentiam. ideo licet motus a celo auferretur: tamen adhuc ipsum ageret in ista inferiora per suum lumen ⁊ influētiam. ⁊ ita per illam actionez possent hic inferius aliqua generari ⁊ aliqua corrumpi. ¶ Quarto posito ꝙ celum vniformo motu moueatur. adhuc per illum vnicum motum applicarētur nobis successiue planete frigidi ⁊ calidi. ⁊ sic successiue generaretur apud nos modo caliditas. modo frigiditas. sicut videmus per motum solis diurnum. in die est nobis calor. ⁊ in nocte est nobis frigus.

Oppositum vult Aristo. hic. ⁊ etiam in scō de generatione. Et arguitur sic ratione. in essentialiter ordinatis remoto priori remouentur posteriora: sicut patet secūdo metaphysice. sed intelligentie primo. ⁊ cōsequenter corpora celestia secūdario. ⁊ deinde ista inferiora sunt agentia subordinata. ergo remoto motu: ⁊ actione celestiū vario: remouerent̄ varij motus ⁊ actiones in istis inferioribus: que apparent modo fieri. ⁊ p cōsequens si in istis inferioribus debent fieri varie generationes ⁊ corruptiones ſgenerabilium. ⁊ corruptibilium. videt̄ ꝙ oporteat esse varios ⁊ diuersos motus celi. ¶ Secūdo eorūdē generationes ⁊ corruptiōes sunt ꝓtrarie. ergo oportet ꝙ a causis ꝓtrarijs ꝓueniant. ⁊ sic cum ista inferiora regantur per superiora. puta per corpora celestia sicut ostensum est ꝓmo methеuror. oportet generationes illas ⁊ corruptiones esse a ꝓtrarijs agentibus celestibus ꝓtrarijs. saltem virtualiter. ſz non formaliter. ⁊ oportet successiue illa nobis applicari. ita ꝙ vnū post alterū. sic videlicet ꝙ illud qđ per vnū ꝓtrarior est generatū. per alterū corrumpat̄. ⁊ ista successiua applicatio nō pōt esse. nisi p motū celi. ergo sine motu celi nō eēnt hic gnātiones ⁊ corruptiōes. nec sufficeret vn⁹ mot⁹. qr tūc oēs dies nāles eēnt adinuicē ꝙlites ⁊ corpora celestia sil' se haberent ad nos. ſz bone diei bene essent adinuicē dissimiles: eēt enim dissimilitudo qñ sol eēt in meridie. ⁊ qñ eēt in angulo noctis. ⁊ sic ex vnico motu celi nō videren̄t puenire gnātiones ⁊ corruptiones tales tam vario modo. quales nunc apparent fieri si celū nō moueretur plurib⁹ motib⁹. ¶ Tertio. si nō eēt mot⁹ celi. nō eēt tēpus. qr tēpus est mot⁹ celi. vel passio eius. s. motus ꝓmus vt pz ārto physicor. sed si tēpus nō esset. nullus motus vl' mutatio eēt. qr necesse est omnē motū ⁊ mutationē eē i tēpore. sicut pz ārto ⁊ sexto physicor. sed si nullus eēt mot⁹ nec mutatio nulla eēt gnātio ⁊ corruptio cū gnātiones ⁊ corruptiones. sint mutatiōes. qnto physicor. ¶ Pro ista qōne ꝓmittēdā ē p⁹ vna suppositio. Deide ponēde sūt ꝓclones.

Suppositio sit ista. ꝙ celū agit in ista iferiora triplici instrumēto. s. motu. lumine. ⁊ influentia. Motu quidē. naz trahit ignē secū vna cuz aere existēte vltra mōtes altissimos sicut pz ꝓmo methеurorū. Lumine etiaz sicut pz ad experientiā. naz suo lumine calefacit ista inferiora. influētia etiā. qr in ꝓfundo terre vbi nō attingit motus celi nec lumen. generant̄ quedā metalla. ⁊ hoc est mediante influentia celi. que est quedaz qualitas

spiritualis in medio: sicut species albedinis vel nigredinis: que qualitas non est per se sensibilis.

Tunc sit prima cōclusio. si celū cessaret a motu stante lumine ⁊ influentia. adhuc in istis inferioribꝫ multi fierent motus ⁊ mutationes. ⁊ gnātiones ⁊ corruptiones. probatur. qꝫ ablato motu celi: sed stante lumine ⁊ influentia. adhuc sol calefaceret ista inferiora: ⁊ ipsuꝫ celuꝫ influeret in ista inferiora. mediantibus quibus. s. lumine ⁊ influentia adhuc in istis inferioribus fierēt gnātiones ⁊ corruptiones. ¶ Secundo sicut prius arguebat. si celuꝫ modo inciperet quiescere. non ꝓpter hoc animalia ⁊ plante. que modo sunt. manerent perpetua. ⁊ sic aliquando corrū perentur. ⁊ alia ex eis generarent. ⁊ sic adhuc fierent gnātiones ⁊ corruptiones. ¶ Secūda cōclusio. si celum cessaret a motu. non tamen a lumine ⁊ influentia. adhuc eternaliter fierent gnātiones ⁊ corruptiones. alterationes. ⁊ motus locales. imo generationes. ⁊ corruptiones hominum. animalium. ⁊ plantarum. patet. qꝫ licet sub sole esset nimia caliditas. ⁊ essent omnia vstibilia vsta. ⁊ ex opposito esset nimia frigiditas. tamen in quadris medijs esset temperamentū medium. ⁊ habitatio cōueniens ꝓ salute plantaꝝ ⁊ animaliuꝫ. ¶ Probat hoc idez. quantū ad generatiōes elementoꝝ. s. ꝙ perpetuo fierent generationes. ⁊ elementoruꝫ adinuicem. qꝫ sub sole cōuerterent omnes aque i aerem: vel in ignem. ⁊ ꝓportionaliter ex opposito. ꝓpter frigiditatem ibi existentem: ignis ⁊ aer corrumperent. ⁊ cōuerterent in aquā. ⁊ tunc aqua ibi valde augeretur. modo naturale est ꝙ aqua vbi est eleuatio: moueat ad locuꝫ declinioreꝫ. ⁊ ideo illa aqua cōtinue moueret circa terraꝫ ad locum existentem sub sole. ⁊ ille aer vel ignis generat⁹ sub sole moueretur etiam ad partez oppositaꝫ. ⁊ semper aqua sic veniens sub sole iterū cōuerteretur in aerem. ⁊ aer vadens ad oppositum cōuerteretur in aquā. Istaꝫ cōclusionē pono cōtra aliquos. qui dicunt ꝙ cessante motu celi: nō tamen influentia ⁊ lumine: per aliquod tempus fierent motus ⁊ mutationes. s. generationes ⁊ corruptiōes in istis inferioribus. sed tandez sicut dicunt ipsi: omnia ista inferiora cessarent ab huiusmodi motib⁹ ⁊ mutationib⁹. verbi gratia. ponam⁹ ꝙ sol modo sit supra nos. ⁊ planete frigidi sint ex opposito. ⁊ ꝙ celum de cetero non moueatur: tunc dicunt ipsi. ꝙ sol omnia hic existentia calefacit ad summuꝫ. ⁊ ex opposita parte planete frigidi omnia frigefaciunt ad ſūmum. ⁊ aliquādo. sicut dicunt ipsi. iste calefactiones ⁊ frigidationes terminabunt. cum nulla alteratio possit esse ꝑpetua. sicut patet per Aristo. octauo physicoꝝ. ⁊ sicut dicunt de calefactione ⁊ infrigidatione. ita dicerent ꝓportionaliter de humectatione ⁊ de exiccatione. ⁊ de alijs alterationib⁹. qꝫ sic finaliter cessarent omnes alteratōes. nec amplius fierent generationes ⁊ corruptiōes. ¶ Breuiter falsitas istiꝰ patet per cōclusionez secundā ⁊ ꝓbationē eius. ⁊ etiaꝫ solutio motiui istoꝝ sic opinantium patet volenti ꝑsiderare. ¶ Tertia ꝓclusio. cessante motu celi. non tamen lumine et influentia. licet fierent generationes ⁊ corruptiones in istis inferioribus. aliter tamen fierent ꝫ modo fiant. nec ita vario modo fierent. sicut modo fiunt. ꝓ hoc. ex eo qꝫ sol ⁊ ceteri planete nō diuersimode applicarent istis inferioribus sicut modo applicant cum celum monetur. ¶ Quarta cōclusio. si celum nō moueretur nisi vnico motu. adhuc fierēt generationes ⁊ corruptiones in istis inferioribus. ꝓbatur. qꝫ nō minus fierent ꝫ si celum quiesceret. sed si celum gesceret dicte mutationes adhuc fierent. sicut dicit scōa ꝓclusio. ¶ Quinta ꝓclusio. ⁊ ista est ꝓ intētione Aristo. in litera. si celum non moueretur nisi vnico motu. non fierent generationes ⁊ corruptiones tam elementoꝝ ꝫ aliorū fm illum ordinem. ⁊ fm illa loca. fm quem ordinē. ⁊ fm que loca apparet nobis esse. ⁊ ꝑmanere in hoc mundo. ꝓbatur qꝫ nō essent applicationes agentium celestium ad hoc sufficientes. ¶ Ex hoc sequit sexta cōclusio respōsalis ad quēstionem. ꝙ si debent generationes ⁊ corruptiones in istis inferioribus fieri ⁊ ꝑmanere fm ordinem. ⁊ fm loca fm que apparent fieri ⁊ permanere. necesse est celum moueri pluribꝰ motib⁹. s. motu diurno. ⁊ motu obliquo. qui motꝰ obliquus est planetarū sub zodiaco. patet. nam fm hoc sol ⁊ alij planete aliquando accedunt ad nos. ⁊ aliquando recedunt a nobis. ⁊ faciunt nobis diuersitatem temporum. scilicet hyemem. ⁊ estatem. ⁊ diuersitatem generationuꝫ. ⁊ corruptionum in istis inferioribus.

Ad rationes Ille rōnes que posite sunt ante opposituꝫ sunt ꝓ nobis. Alie autem ad oppositum adducte videntur esse contra nos. ⁊ ideo ad istas dicatur. ¶ Primo quidem ad auctoritatem Aristo. quid sit dicendū patet ex quinta cōclusione. ¶ Deinde ad primam rationem post hoc factam que arguebat de agentibus subordinatis. nos dicerem⁹ ꝙ nulla esset simpliciter necessaria subordinatio agentium. nisi ad ipsuꝫ deū. vnde ita deus si vellet potest cōburere ligna. si non essent corpora celestia sicut si essent. ¶ Ad secundam. illa ꝓbat sextam cōclusionem. ¶ Ad tertiam que fiebat de tempore dico ꝙ nullus motus dicitur tempus nisi ꝓ quanto vtimur ipso ad mensurandum alios motus. ⁊ ideo si nō esset motus celi. possemus vti vno alio motu ꝓ tempore. sicut faciunt aliqui aliquando non videntes celum propter nubes. vtuntur operationibus suis ꝓ tempore. dicentes tm operatus sum. tempus est prandendi. ecce illi sua operatione vtunt ꝓ tempore. sed ꝙ cōmuniter vtimur motu celi ꝓ tempore huius causa est. quia inter omnes motus ipse est regularissimus. ⁊ omnibus notior. ⁊ cōmunior. de quo videndū est in ārto physicoꝝ. Et sic est finis quēstionis.

¶ De motu autem ipsius quia regularis est et nō irregularis: deiceps vtiq3 dictis erit ptrāsire ⁊c. Textu cōmēti trigesimi qnti. Qō. xiii.

Textum propositorum erat. Utrū motus celi ab oriente i occidentem sit regularis hic vnum supponitur: ⁊ aliud queritur. supponitur enim ꝙ celum monetur. quo supposito queritur vtrum motu regulari.

Contra suppositum arguitur sic. terra monetur ab oriente in occidentem. ergo celum nō sic monetur. immo quieſcit. consequentia probatur. quia si ambo monerentur ab oriente in occidentem cōtinue. idez punctus celi eundem punctum terre eodem modo respiceret. saltez si sic monerentur eque velociter. quod est falsum. primo ad experientiam. nam tunc sol nobis non oriretur nec occideret. postꝫ semper eandem partem terre eodem modo respiceret. nec etiam tunc fierent generationes ⁊ corruptiones in istis inferioribus. fm illum ordinem ⁊ fm illa loca. fm que apparent fieri. antecedens probat. quia ignis monetur ab oriente in occidentem: ⁊ aer similr. ergo ⁊ terra cum aqua. cōsequentia tenet. nam nō videtur esse maior ratio nec minor de istis ꝫ de illis. antecedens patet per Aristo. primo metheuroꝝ. Et probatur etiaꝫ ratione. nam visum est ꝙ comete que generant in suprema regione aeris monent ab oriente in occidentem. talem aūt motum non vident habere ex se. sed ratiōe ꝓtinentis. puta aeris in quo sunt tanꝫ in loco. ergo taliter non monerent nisi aer sic moueret. ¶ Secundo adhuc cōtra supposituꝫ. si celum moueretur hoc esset motu locali sed hoc est falsuꝫ cum celū non sit in loco. ¶ Arguitur tertio. adhuc posito ꝙ celum esset in loco non moueretur localiter. probo sic. nam cōtinue maneret in illo loco non mutando illum nec fm se nec fm suas partes. ꝙ nō fm se patet. ꝙ nō fm suas partes probatur. naꝫ medietas celi que est ex vna parte equinoctialis ita cōtinue maneret in eodem loco sicut medietas celi que est ex alia parte equinoctialis.

Deinde arguitur ad quēstionē. motus celi est naturalis. ergo motus celi non est regularis antecedens notum est de se. ⁊ ꝙsequētia ꝓbatur. qꝫ motus naturalis est in fine velocioꝝ ꝫ in principio. sed talis motus non est regularis. ex eo ꝙ motus regularis ex quo ꝫtum ad suas partes in equalibus partibus tēporis equalia perteanseunt spacia. talis aūt nō est velocioꝝ in fine ꝫ in ꝓncipio. sed eque velox ⁊ in principio ⁊ in fine. ¶ Scōo aliqe

partes celi mouentur velocius ⁊ aliq̃ tardius. ergo tota/lis motus celi videtur esse difformis. ⁊ per ꝯsequens non regularis. ꝯsequẽtia tenet. antecedens ꝓbatur. nam partes celi prope polos monẽtur tardius q̃ partes celi prope eq/noctialem. qđ patet. qz in equalibus temporibus minores circulos describunt. ¶ Tertio. stelle deferunt in celo tã q̃ mfire et. ⁊ ideo si stelle mouent irregulariter tunc etiaz celũ mouetur irregulariter. sed stelle mouentur irregulariter. patet de luna ⁊ alijs planetis. qui aliq̃ mouent velocius ⁊ aliq̃ tardius. ꝓpter qđ astrologi dicunt planetas ee aliq̃ directos. aliq̃ retrogrados. aliq̃ stationarios.

Oppositum ꝓbat Aristo. in littera. ¶ In ista questione primo exponẽdi sunt quidam termini. Scđo videndũ est de suppposito in qõne. Tertio videndum de quesito.

quantuz ad primum. sciendus est ꝙ differentia est inter motum regularẽ ⁊ vniformẽ: nam vniformitas motus attenditur quantuz ad partes mo bilis. ita ꝙ ille motus dicitur vniformis quo mouet aliqđ mobile. cui⁹ vna pars mouetur ita velociter sicut alia. sicut si lapis aliquis descẽderet. nõ obstante ꝙ ille motus in fine esset velocior q̃ in principio. tamen diceret vniformis ſm ꝓpriaz significationez vocabuli. ex eo ꝙ vna medietas illi⁹ lapidis descẽderet ita velocior sicut alia. ¶ Motus autem dicitur difformis cuius vna pars mouetur velocius ⁊ alia tardius. sicut esset motus rote. partes enim eius circa arez non mouent ita velociter sicut partes circa circũferentiaz. licet bene ille partes eque velociter circuãt. Et ideo nõ est inconueniens aliquem motũ esse motuz difformẽ. ⁊ tamen esse circulationẽ vniformẽ. ¶ Penes enim aliud attendit̃ ve/locitas motus. ⁊ penes aliud velocitas circuitiõis. vnde illi motus dicunt esse eque veloces. quibus in equalibus par tibus temporis equalia spacia linearia ptranseunt. Si ille circuitiones dicunt esse eque veloces. quibus ipsa corpora circuẽtia in equalibus partib⁹ temporis equales describũt angulos circa centrũ qđ circuũt. ¶ Regularitas autẽ motus attenditur ex parte temporis. ita ꝙ motus ille dicitur regu laris quando ipsuz mobile monetur eque velociter in vna parte temporis sicut in alia. sed ille motus dicitur irregula/ris quo monetur aliquod mobile qđ i vna parte monetur velocius ⁊ in alia tardius. Uerũtamen sciendũ est ꝙ aliqui distinguunt de vniformitate motus. dicentes ꝙ põt attẽdi vel ex parte partiuz mobilis. vel ex parte partiũ temporis. Uniformitas primo modo dicta est omnino eadem cum vniformitate distincta ꝓtra regularitatem. sed vniformitas scđo modo dicta est eadem cum regularitate. Sed illi non vtunt̃ ita ꝓprie vniformitate sicut nos vtimur ſm dictas descriptiones. ¶ Ulterius sciendũ est ꝙ nõ est inconueniẽs aliquẽ motum esse vniformẽ. ⁊ nõ esse regularez patet de motu grauis deorsum in medio vniformi. qđ mouet̃ vni/formiter. qz vna eius pars mouet̃ ita velociter sicut alia. et tamen nõ mouetur regulariter. qz mouetur in fine velociꝰ q̃ in principio. ¶ Similiter nõ est inconueniẽs aliquẽ motũ esse regularem. ⁊ tamen nõ esse vniformẽ: ꝑ de rota que in equalibus partibus temporis equalia spacia describeret talis enim motus rote esset regularis nõ tamen vniformis posti q̃ partes illius rote centrales nõ mouerent̃: ita velo/citer sicut partes circũferẽtiales. ¶ Similiter sciendus est tertio. nõ esse inconueniẽs aliquẽ motuz simul esse vniformẽ ⁊ regularem. sicut si aliqđ grane descenderet in aliquo me/dio sic ꝓportionato ex parte resistentie. ꝙ illud graue i eq/libus partibus temporis equalia ptransiret spacia. tũc enim motus illi⁹ grauis eẽt vniformis ⁊ regularis simul. ¶ Ul/terius sciendũ est ꝙ in celo motus potest dici simplex. vel cõpositus. ⁊ vocatur motus circularis simplex. qz est vni⁹ mobilis cõtinui. ⁊ sup eosdez polos. ⁊ ab vno motore cir/cũscripto omni motu preterq̃ super illos polos. ¶ Sed motus cõpositus dicit̃ resultans ex aggregatione plurium motuũ simpliciũ i eodẽ mobili sup diuersos polos a diuer sis motoribus. Et iste motus cõpositus in ipsis planetis est ille qui nobis apparet. Simplices autẽ non apparent no/bis distincti abinuicez nisi per ratiocinationẽ. ¶ Ista notata valebunt nobis ad tertium articulum huius questionis in quo respondebitur ad questum.

Quantum ad secundum. sciendum est ꝙ qdã antiquorum erant talis opinionis ꝙ terra moueretur ab occidente in orientem. complendo in die naturali vnam circulationem: ⁊ ꝙ celum quiesceret. et per hoc crediderunt posse saluare apparentia illa que nos saluamus ex motu celi. sicut ꝙ sol aliquando est nobis in oriente. aliquando in medio celi: aliquando in occidẽte. ali/quando in angulo noctis. credentes terram se habere sicut assaturam. ⁊ solem sicut ignem assantem. modo sicut ignis non mouetur circa assaturam. sed assatura mouetur circa ignem. ita dixerunt solem non moueri circa terram. ſz ma/gis terram circa solez. ꝓpter hoc ꝙ terra indiget sole. et nõ econuerso. ¶ Quantum ad opinionem istaz pono aliquas cõclusiones. quarum prima sit ista. ꝙ terra non mouet̃ ab occidente in orientem motu diurno. nec ecõuerso. ꝓbatur. nam si sic sequeret̃ ꝙ esset difficilius ire contra occidentem q̃ contra orientem. quod est contra experientiam. ꝓbatur cõsequentia. nam ex quo terra mouetur ab occidente ver/sus orientem. et aer cum ea simul. tunc qui ambularet con/tra occidentem haberet aerem contra se motum. qui autez contra orientem moueretur cum aere moto: sed difficilius esset moueri contra aerem motũ q̃ cuz aere moto. ¶ Se/cundo similiter sequeretur ꝓpter eandem causam ꝙ difi/cilius esset proiicere lapidem contra occidentem q̃ contra orientem. ¶ Tertio sequeretur. ꝙ aues non possent bene volare contra orientem. quia aer insequens tantũ eleuaret pẽnas earum ꝙ non possent bene volare. vnde videmus ꝙ aues non volant cuz vento: sed cõtra ventũ. ¶ Quarto sequeretur. ꝙ proiectum directe sursum non econuerso ca deret ad locum a quo incepit moueri. qđ est falsum. conse/quẽtia tenet. naz interim ꝙ grane proiiceretur sursuz terra vlterius moueretur. ⁊ sic in descẽdẽdo directe nõ caderet super partem terre sibi suppositaz tunc cũ incepit moueri. ¶ Secunda conclusio. si terra sic moueretur ab occidente in orientem. bene possemus ex hoc saluare. aliqua que no/bis apparent ex motu celi: sicut ortum ⁊ occasum solis et stellarum. patet hoc: nam sicut iam sol nobis in termino nostri orizontis existens continue ascendit plus ⁊ plus su/per nostrum orizontem vsque ad medium celi. et tunc ad occidentem: et tunc ad angulum noctis mouetur. ita si sol quiesceret: et terra moueretur ab occidente versus orientem. ⁊ nos vna cum ea. sol continue magis nobis. ⁊ magis eleuaretur tãdiu ꝙ appareret in medio celi. ⁊ tunc per vlteriorem motum celi appareret nobis declinare ad occidentem. ⁊ sic tandem iteruz appareret nobis in oriẽte. ¶ Tertia conclusio. non omnia apparentia in celo possent saluari per quietem celi. ⁊ talem motum diurnum terre. probatur. nam per quietem celi ⁊ motum talem diurnum terre non possent saluari oppositiones. ⁊ cõiunctiones pla/netarum. ⁊ distantie eorum aliquãdo maiores. ⁊ aliquãdo minores a stellis fixis. vnde ad saluandum ista oportet po/nere celum moueri. ¶ Quarta conclusio. celum continue circulariter monetur ab oriente ad occidentẽ per meridiẽ. redeundo ad orientem per angulum noctis. probatur per duo signa. primum est. non videmus ꝙ stelle que primo apparent in ortu postea apparent in occasu: sed hoc nõ põt saluari per motum terre diurnũ sicut dixit prima cõclusio. ergo oportet ꝙ hoc saluetur per motum celi: vel per mo/tum stellarũ in celo quiescente celo. si dicatur primum ha/beo propositum. si dicatur ſm hoc non potest esse. naz tũc celum esset sensibile ⁊ diuisibile. sed hoc est falsum. naz tũc esset corruptibile. qđ est ꝓta determinata primo hui⁹. cõ/sequẽtia tenet ex eo ꝙ stelle monerentur in ipso ipsuz scin/dendo. sicut pisces mouent̃ in aqua diuidendo aquam.

Quantum ad tertiũ articuluz sit prima cõclusio ista. ꝙ mot⁹ ipsi⁹ celi nõ est vniformis. ꝓbat̃ ex eo ꝙ nõ oẽs ptes celi mouent̃ eque veloci/ter. ptes enim celi circa eqnoctialez mouent̃ velociꝰ q̃ par/tes celi circa polos. ex eo ꝙ i eq̃lib⁹ partib⁹ tẽporis maius ꝑ spaciũ lineale describunt. puta maiorem circũferẽtiaz circa

arem mundi. consequentia tenet per diffinitionem motus vniformis. ¶ Secunda cõclusio. nullus motus simplex in celo est irregularis. ita ꝙ nec celũ. nec aliquod astrũ nec ali qua pars celi monetur velocius in vno tempore ꝙ̃ in alio. ⁊ hoc motu simplici. s. circũscriptis alijs motibus. Et hoc probat Aristo. sic primo qr omnis motus qui aliquãdo est velocior aliquando tardior. vel ille est velocior in principio sicut est motus violẽtus. vel ille est velocior in fine sicut est motus naturalis granium ⁊ leuium. vel est velocior i medio sicut est motus animalis. sed motꝰ celi nec est velocior in principio nec in fine nec in medio. cum nec habeat principium neꝙ finem neꝙ medium. ppter sui eternitatem ⁊ celi sphericitatem in quo nec est assignare principiũ neꝙ finẽ neꝙ medium. ¶ Secũdo qr irregularitas motus non põt venire nisi ppter mutationem mobilis aut motoris. modo mobile puta celuꝫ est inalterabile. Similiter motor mouẽs celum est immutabilis sicut intelligentia. ergo non est vnde potest velocitas celi variari. ¶ Tertio. si motus celi nõ eẽt regularis. sed irregularis. s. aliquãdo velocior. ⁊ aliquãdo tardior. vel ergo veniret cõtinue retardando. ⁊ tunc si hoc esset ꝓportionaliter iam quiesceret. ex eo ꝙ ab eterno veniisset retardando. vel cõtinue velocitãdo. ⁊ tunc si hoc eẽt ꝓportionaliter iam moueretur subito. eo ꝙ ab eterno fuisset velocitatum plus ⁊ plus. Si autem dicatur ꝙ venisset retardando ⁊ velocitando alternatim. hoc modo potest eẽ ex eo ꝙ motor mouens ipsum est immutabilis. Ex ista conclusione patet responsio ad questionem. ¶ Tertia cõclusio motus celi simplex est circulatio vniformis. non obstãte ꝙ non est motus vniformis quãdmodũ dicit prima cõclusio huius articuli. ¶ Probatur: nam ex quo motus celi simplex est regularis. tunc partes eius in equalibus partibus temporis equales describunt angulos circa axem mũdi. ⁊ hoc sufficit ad hoc ꝙ aliquis motꝰ sit vniformis. ¶ Quarta cõclusio. motus in celo vel in aliqua parte eius cõpositus ex pluribus potest esse irregularis. patet hoc de motibus planetarum. qui aliquando mouentur velocius. aliquãdo tardius per aggregationem plurium motuũ in suis orbibus in tantũ ꝙ astrologi sicut arguebatur ante oppositũ dicunt eos esse aliquando retrogrados. aliquando stationarios. aliquando directos. aliquando processiuos.

Ad rationes ad primã. nego ꝙ terra moueꝫ ab oriente in occidentem. ⁊ qñ dicebatur de igne ⁊ aere super altissimos montes. bene cõcedo ꝙ moueanꝫ vna cum celo ab oriente in occidentẽz. qr sunt ita ꝓpe celũ ꝙ virtute influẽtie celestis possunt sic moueri. sed hoc non oportet de terra ꝓpter magnam eius distantiam a celo. ¶ Ad secundaz dico qõ sepe prius dictũ. ꝙ motus totius celi vel celi vltimi nõ est localis. ex quo vltimum celum non est in loco. bene tamen est eiusdez speciei cum motu locali. ⁊ Auicena vocat talem motum fm situm ⁊ non fm locum. ¶ Ad tertiam. illa bene probat ꝙ celum non monetur motu recto: cum quo bene stat ꝙ monetur motu circulari. nec est inconueniens aliquid moueri motu circulari ⁊ continue fm se totum cathegorematice non mutare locum: sed sufficit ꝙ mutet locum fm suas partes. vel mutaret si esset in loco. ¶ Et quando dicebatur videtur ꝙ celum adhuc si esset in loco nõ mutaret locuꝫ fm suas medietates. quarũ vna est ex vna parte equinoctialis: ⁊ alia ex alia. hoc cõceditur ꝙ fm talem diuisionem eius in partes non mutaret locum cum quo tamen stat ꝙ mutaret locum fm partes eius assignatas fm aliam diuisionem. vt si imaginaremur celum diuidi fm coluros. tunc nõ est dubiũ gn celum mutaret locum fm tales partes. ⁊ hoc si celuꝫ esset in loco. finaliter ergo dico nõ esse inconueniens aliqd̃ mobile mutare locum fm partes assignatas fm vnam diuisionez. ⁊ non mutare locum fm partes assignatas fm aliam diuisionem. sic ergo solute sunt rationes in quibus reprobatur suppositum in questione.

Deinde respõdeatur ad rationes factas ad questionez. ¶ Ad primã dicõ ꝙ non oportet omnem motum naturalem in fine esse velociorem. ſz solum hoc est verum de motu naturali locali recto. gratia cuius tractabo septimum propositorum. ¶ Ad secundam. illa bñ probat ꝙ motus celi nõ est vniformis. cum quo bene stat ꝙ est regularis. ¶ Ad tertiam illa vadit pro vltima conclusione secundi articuli. Et sic soluta est questio.

¶ Neꝙ velociꝰ vlꝙ i fine ferretur si vi ⁊ extrusione. omnia enim a vim inferente longius facta tardius feruntur. ⁊ vnde vi illuc feruntur non vi ⁊c. primo celi. Textu ꝓmenti octuagesimi noni.

Questio. xiiii.

Septimum propositorum erat. qõ dixi esse incidentale. vtrum omnis motus naturalis sit velocior in fine ꝙ̃ in principio. Videtur ꝓmo ꝙ non. quia motus celi est motus regularis per precedentem questionez. ergo nõ est velocior in fine ꝙ̃ in principio. ⁊ tamen est motus naturalis. qr nec violentus nec preter naturam. ⁊ etiam quia est a principio intrinseco. ergo non omnis motus naturalis est in fine velocior ꝙ̃ in principio. ¶ Secũdo qr augmentatio est motus naturalis: ⁊ tamen non oportet ꝙ in fine sit velocior ꝙ̃ in principio. imo vt plurimũ accidit oppositum. ꝙ sit motus naturalis. patet per Aristotelez in primo de generatione. ⁊ in secũdo de anima. ¶ Similiter arguitur de alteratione. nam multe sunt alterationes naturales que in fine nõ sunt velociores. ¶ Tertio. nam sit vnũ mixtũ habẽs duas libras de igne. ⁊ duas de aere. duas de aqua. octo de terra. ⁊ sit in cõcauo orbis lune. tale mixtum descendendo cõtinue tardatur in suo motu. ex eo ꝙ ꝓtinue resistentia augetur. ⁊ potentia motiua diminuit. patet hoc ex eo. nam dum tale mixtum est in cõcauo orbis lune. trahunt tam terra ꝙ̃ aqua ꝙ̃ aer deorsum. Sed quando hoc pertingit ad aerem: aer non plus trahit deorsum: sed tunc solum trahunt aqua ⁊ terra. ꝙ aer in spera aeris nõ trahat patet. qr elementa appetunt manere in suis locis: ⁊ non inclinantur ad esse extra ea. quando autem dictum mixtum pertingit ad aquã. iam aer incipit resistere cum igne. nec aq̃ plus trahit deorsum. ex quo est in loco suo. sed solus terra. Ex hoc patet quomodo in dicto casu potentia motiua cõtinue fit minor. ⁊ resistentia maior. ⁊ per cõsequens sequitur ꝙ dicti mixti motus naturalis. s. descensus nõ sit in fine velocior. imo tardior ꝙ̃ in principio. ¶ Quarto. nam si graue in descendendo moueret velocius in fine ꝙ̃ in principio. hoc videt esse ppter aliqd sibi acquisitum in descẽdendo: qõ iuuaret potentiam intrinsecã motiuam illius gravis ad mouendum illud graue velociꝰ in fine ꝙ̃ in principio. Tũc pono ꝙ illud graue descendat in medio difformi. sic ꝙ medium inferius sit maioris resistentie in tanto in ꝙ̃to potẽtia motiua intrinseca illius gravis potest iuuari a tali extrinseco per talem motum sibi acquisito. ⁊ tunc saltem illud graue mouebitur in illo medio. sic ꝙ nõ mouebitur i fine velociꝰ ꝙ̃ in principio. ¶ Quinto. sit vnum graue sicut quatuor in potentia. qõ debeat descendere per aliqõ medium vt duo in resistentia. tunc videt ꝙ illud graue per illud medĩũ moueatur ita velociter in fine sicut in principio. ex eo ꝙ omnino videtur esse cõsimilis ꝓportio potentie mouentis ad resistẽtiam in fine qualis erat in principio. nam cõtinue videt manere ꝓportio potentie mouentis ad resistentiaz. sicut ꝙtuor ad duo. ¶ Sexto. si omnis motꝰ naturalis esset in fine velocior ꝙ̃ in principio. tunc nullus videretur esse regularis motus. quod est falsum. probatur cõsequẽtia. quia omnis motus videtur esse naturalis. violẽtus. vel animalis. modo motus violentus non est regularis. quia est in principio velocior. similiter motus animalis non videtur esse regularis. quia est in medio velocior. si ergo omnis motus naturalis esset in fine velocior ꝙ̃ in principio: etiam nullus motus naturalis esset regularis. ⁊ sic simpliciter nullus motus esset regularis. quia nec violentus. nec animalis. nec naturalis. ¶ Septimo. si sic sequeretur. ꝙ aliquod graue distaret a centro terre distantia infinita. ꝙ in descendendo versus centrum moueretur velocitate infinita anteq̃ tangeret

centrum. sed hoc est falsum. cōsequentia videtur tenere ex eo ꝙ motus naturalis sic continue intenditur plus ꝛ plus versus finem. falsitas cōsequentis patet. nam tunc sequeretur. ꝙ tale graue haberet virtutem infinitaz. ¶ Octauo qñ motus naturalis non est. ipse non est velocior cꝫ in ꝓncipio: sed motus naturalis in fine non est. ergo tunc non est velocior cꝫ erat in principio. tota ratio clara est.

Oppositum vult Aristoteles. ꝛ ꝓbatur ratione. nam graue descendens in fine fortius ledit cꝫ in principio. qđ non esset nisi in fine velocius moueretur cꝫ in principio. assumptum patet. nam si aliquis lapis descēderet de alto. ꝛ aliquis reciperet illuz lapidem prope initium casus non lederet recipientem: sed si reciperet talem lapidem per magnam distantiam ab initio casus illius lapidis multum lederet recipientem. qđ nō eēt nisi talis lapis in descendendo cōtinue intēderet suū motū. ¶ In ista questione. primo erunt ponende distinctiones. Secūdo opiniones de causis velocitationis motus naturalis in fine cum suis improbationibus. Tertio conclusiones responsales ad quesitum cum vna causa velocitationis motus naturalis in fine: cum quibusdaz dubijs cōtra illaz causam. ꝛ solutionibus illorum.

quantum Ad primum sit prima distinctio. motuum naturalium. alius est localis. alius est alterationis. alius est augmentationis vel diminutionis. ¶ Secunda distinctio. motuū localiuz naturaliū qdā sunt recti quidam circulares. modo questio ꝓposita ītelligitur de motu locali naturali recto dūtaxat. ¶ Tertia distinctio. motum naturalem intendi in fine potest intelligi dupliciter. vno modo ꝓprie accipiendo ly in fine. ſ. quando talis motus definit esse. ꝛ sic motus naturalis non intenditur in fine. patet hoc. qz tunc ipse non est. qz cum motus naturalis definit esse. tunc non est ꝛ immediate ante erat. Alio mō capitur in fine. hoc est versus finem. ꝛ sic capitur in ꝓposito. ¶ Quarta distinctio. motum intendi potest ītelligi dupliciter. vno modo per duplum: triplum: quadruplum. ꝛ sic vltra. Alio modo qđ primo sit aliquantus. ꝛ secūdo addat sibi aliquis gradus velocitatis. ꝛ tertio medietas illius gradus velocitatis. ꝛ quarto quarta pars illius gradus velocitatis. ꝛ sic vltra. ¶ Tunc sit prima cōclusio. si motus intenderetur primo modo. fieret infinitus. ꝓbatur ex quo primo esset aliquātus. et deinde in duplo velocior. ꝛ deinde in triplo. ꝛ deinde in quadruplo. ꝛ sic vltra. ¶ Secunda cōclusio. si intenderet secūdo modo nō oporteret ipsum fieri infinituz. imo in casu posset in infinitū intendi. ꝛ adhuc nūcꝫ fieri triplus ad seipsuz recte in simili. sicut si esset aliqđ lignū pedale. ꝛ adderet sibi primo medietas semipedalis. ꝛ deinde medietas residui de semipedali. ꝛ deinde iterum medietas residui. ꝛ sic in infinitum. illud lignuz qđ primo erat pedale in infinitū augeret ſm infinitas partes ꝓportionales ligni semipedalis sibi addendas. ꝛ tamen nō ꝓpter hoc illud lignum pedale. sic auctuz fieret duplum vel triplū ad se: imo si totale lignum semipedale esset sibi addituz aggregatum ex ꝑistente ꝛ addito nō esset duplum ad ꝑistēs. imo solum sexquialterū. sic in ꝓposito esset dicendum de intensione motus secūdo modo dicta. ¶ Tertia cōclusio. motus naturalis in fine hoc est eundo versus finem nō statim quando incipit ꝛ vadit versus finez intenditur secūdo modo. patet hoc. naz aliter graue non moueret velocitate infinita antequā veniret ad centrū: si distaret distātia infinita cuius oppositum dicit Aristo. ¶ Sed sciēdū est ꝙ motus naturalis non intenditur per duplū triplū ꝛc. sic ꝙ in ꝑma parte proportionali hore fit aliquantus. ꝛ ꝙ in secūda parte ꝓportionali hore fit in duplo velocior. ꝛ sic vltra. nec etiaz sic ꝙ quando est pertransita prima pars ꝓportionalis spacij puta prima medietas. ꝙ tunc sit aliquantus. ꝛ quando secunda pars ꝓportionalis spacij sit ptransita. ꝙ tunc i duplo sit velocior. ꝛ sic vltra. ¶ Nam tunc sequeret ꝙ quilibet motus naturalis qui per q̄ntūcūcꝫ tempus parvum duraret. vel quo q̄ntūcūcꝫ parvum spaciuz ptransiret. ad quēcunqz gradum velocitatis ptingeret ante finem. modo hoc est falsum. ꝟsequētia tenet ex hoc ꝙ talis motus fieret per aliqđ tēpus in cuius prima parte ꝓportionali esset aliquātus: ꝛ in secunda duplus. ꝛ sic vltra. ꝛ ita arguitur de spacio. Et ideo tertia cōclusio. intelligitur ꝙ intenditur per duplum triplum ꝛc. ad istuz intellectum. ꝙ quando ipse pertransitum est aliquod spacium est aliquantus: ꝛ quādo ipo est ptransitum duplum spaciuz est in duplo velocior. ꝛ qñ ipse pertransitum est triplum spaciuz est in triplo velocior ꝛ sic vltra. Et ad istum intellectuz vadit auctoritas Aristo. de distantia infinita grauis a centro. ſ. ꝙ tale graue moueretur velocitate infinita versus finem.

Quantum Ad secundū articulum premitto ꝓmo vnum generale omnibus opinionibus. ſ. ꝙ omnis velocitatis intensio causatur vel ex cremento potentie stante resistentia. vel ex decremento resistētie stante potentia. vel ex ambobus simul. ¶ Tunc est prima opinio de causa velocitationis motus naturalis in fine. qua supponit ꝙ motus calefaciat. modo imaginat ista opinio ꝙ quando aliquid graue descendit per aerem. calefacit ipsum aerem. ꝛ per cōsequens rarefacit. ꝛ sic aer ille rarefactus est facilioris divisionis: ꝛ minus resistens. ꝛ sic stataz adest ibi vna causa velocitationis motus. ſ. decrementū resistentie. ¶ Sed ista dicta nō sufficiunt. primo qz aer i estate est notabiliter calidior cꝫ in hyeme. ꝛ tamen idem lapis cadens ab equali distantia per aerem in estate ꝛ in hyeme non monetur notabiliter velocius in estate. nec sensibiliter magis ledit cꝫ in hyeme. ¶ Secūdo. nam aer non calefit ꝓ motum nisi ante moueat. ꝛ dividat. ꝛ fricet. ꝛ tunc cum antecꝫ fit motus ꝛ divisus resistat grauī descēdenti resistentia eius nō est diminuta per eius calefactionem. ¶ Tertio homo ita velociter monet manum suam sicut lapis monetur versus principium sui motus. qđ patet ex eo. qz pcutiens alterū manu. lederet eum plus cꝫ faceret ille lapis cadens ꝓpe principium sui motus. ꝛ cum homo sic monēdo aerem non calefaceret aerem sensibiliter. qz vtiqꝫ percuteret calefactionem. ergo similiter ille lapis saltem circa ꝑncipium casus non ita sensibiliter calefacit aerem. ꝙ ex hoc deberet apparere tanta ꝛ ita manifesta velocitatio. ¶ Secunda opinio imaginatur ꝙ locus naturalis est tancꝫ finis appetit⁹ a corꝑe qđ nāliter monet ad ipsuz. ꝛ ideo q̄to mobile per suum motum ꝑpinquius efficitur suo loco naturali tanto intensius ꝛ cuz maiori conatu monet se ad suū locum. ꝛ ꝑpter hoc in fine monetur velocius cꝫ in ꝓncipio. ad similitudinē hominis boni qui q̄nto efficitur melior tanto cum maiori conatu ntitur ad felicitatem seu ad vitaz cōtemplatiuā que est finis hominis. ¶ Sed breviter illud non valet. qz cum appetitus sit ratione carentie. corꝑus naturale plus distans a suo loco naturali plus deberet appetere suum locum naturalem. ꝛ sic magis in ꝓncipio velocius deberet moueri cꝫ in fine. ¶ Secūdo. naz incipiat aliquis lapis cadere de alto loco vsqz ad terram. ꝛ alter lapis cōsimilis incipiat cadere de basso loco vsqz ad terram. tunc isti lapides quando essent ad spacium pedale ꝑpe terram deberent eque velociter moueri. qđ tamen est falsum. naz ille qui diutius est motus velocius monet. ¶ Probatio cōsequētie. naz ſm dictā opinionem. tūc isti lapides cū sint cō similes in granitate ꝛ equaliꝫ distantes a loco eoꝝ naturali equalē baberent appetitū essendi in suis locis naturalibus. ꝛ cum talis appetitus sit causa velocioris motus ſm ꝙ dicit opinio. vtiqz tunc isti lapides deberēt eque velociter vlterius descendere. ¶ Tertio. nam tunc difficili⁹ eēt levare vnum lapidem ꝓpe terrā cꝫ eūdē magis distantē a terra. hoc est falsum. ꝟsequētia ꝓbat. ex eo ꝙ dicta opinio imaginatur graue maiorē habere appetitū ꝛ iclinationē essendi in suo loco nāli quando est ꝑpe suū locū naturalē cꝫ qñ est magis distans. ¶ Quarto. si a valde alto descēdat lapis ꝑ spaciū decez pedū: ꝛ ibi inveniēs obstaculū gescat. ꝛ lapis cōsilis de basso etiā descēdat per spaciuz decez pedum ad terrā. vnus illoꝝ motuū non percipietur velocior cꝫ alter: licet vnus illoꝝ sit propinquior suo loco naturali cꝫ alter. ¶ Cōcludo ergo ꝙ non ex maiori propinquitate ad locum nāles sunt motus graviū ꝛ leviū nāles velociores. ꝑpter hoc ꝙ tūc talia corꝑa sūt ꝑpingora suo fini ꝛ plus appe-

tentia illum finem. nec est simile de istis corporibus naturalibus non cognitiuis sui finis. ⁊ de homine tendente ad felicitatem qui sui finis est cognitiuus. ¶ Tertia opinio imaginatur q̄ in loco naturali est quedaz virtus alteratiua vel attractiua locati. ⁊ q̄ illa fortius trahit de ꝑpe q̄ de longe. ⁊ q̄ ꝑpter hoc corpus naturale velocius mouet in fine cū est ꝑpinquius suo loco naturali q̄ mouebatur in principio cum erat a suo loco naturali remotius. ¶ Contra istaz opinionem potest argui tribus vltimis rationibus quibus arguebatur contra opinionem precedentem. ¶ Et vltra hoc potest cōtra ipsam argui primo sic. si hoc esset verū sequeretur q̄ motus corporuz naturalium ad sua loca non esset naturalis sed violentus. hoc est falsum. ꝯsequētia tenet. ex eo q̄ per dictam opinionez entia naturalia traherent ad sua loca naturalia per virtutem existentez in ipso loco. modo tractus est quidaz motus violentus. ¶ Secundo. sequitur q̄ grauiora tardius moverentur deorsum q̄ minus grauia. sed hoc est falsum. ꝯsequentia ꝓbatur. nam grauiora plus resisterēt virtuti trahēti. ¶ Tertio sequeret q̄ corpa nālia non mouent ad sua loca a quacunq; distantia. qō est cōtra Aristo. primo huius. ꝓbatur cōsequentia. q; illa virtus attractiua nō se extēderet ad quācunq; distantiam recte. sicut neq; magnes trahit ad se ferruz a quacūq; distantia ꝑpter determinatā distantiaz ad quā agit. ita neq; virt⁹ attractiua traheret ad se locatū a quacunq; distantia. ⁊ per ꝯsequens ipsuz locatū nō a quacunq; distantia moueret ad suū locū. ¶ Quarto. sequeretur q̄ nō a quacunq; distantia a suo loco naturali ipsuz grave inciperet moueri eque velociter ceteris paribus: qō est cōtra experientiaz. ꝯsequētia tenet ex eo q̄ virtus attractiua est fortior ꝑpe q̄ longe: ideo si aliqō corpus naturale inciperet moueri ꝑpe suum locū naturalē velocius inciperet moueri q̄ si incepisset moueri remotius a suo loco naturali. ¶ Quarta opinio imaginat q̄ ⁊nto grave plus descendit tanto minus videt esse de resistentia sub eo. scilicet de aere. ergo cum grauitas maneat. ⁊ resistentia diminuat: motus cōtinue plus ⁊ plus velocitatur. ¶ Sz eiter contra hoc arguitur primo. nam fm hoc sequeret q̄ si duo grauia cōsimilia caderent versus terrā: vnum a loco alto sic q̄ haberet multum de aere sub se. ⁊ aliud de loco basso: sic q̄ modicum haberet de aere sub se. q̄ primū inciperet cadere tardius q̄ secundū. hoc est falsuz. q; eque velociter inciperet cadere deorsum. q; ꝑpe principia suorum motuū eque fortiter lederent impedientē. ꝯsequentia tenet per sic opinantes. ¶ Secūdo. q; nō est verus q̄ ille minor aer in predicto casu minus resistat: q; quādo lapis est ꝑpe terram adhuc est tantus aer lateralis sicut si esset remotior a terra. ⁊ ideo ista difficile est q̄ aer diutius cedat. ⁊ fugiat lateraliter sicut erat quando lapis erat remotior. ⁊ cuz hoc eque difficile vel difficilius est quando lapis est prope terram q̄ aer sub eo cadat in directuz. q; terra obuiat que fortius resistit q̄ aer. ¶ Tertio q; graui in descendendo vel resistit totus aer qui est sub ipso vna cū terra. vel aer solus si dicatur primuz tunc nullum grave sicut esset vnus lapis magnus. vel aliquod tale descenderet. ꝑpter hoc q̄ tunc resistentia esset maior q̄ potentia motiua illi⁹ gravis. si antē dicatur q̄ solus aer resistat. tunc sequeretur q̄ illud grave intenderet motum suuz vsqz ad gradū velocitatis infinitū. ex eo q̄ resistentia talis diminueret vsqz ad non gradum. ex eo q̄ illud grave in fine motus non habet aliquid sub se de aere resistēte. ¶ Quinta opinio vult q̄ talis velocitatio fiat per aerem insequentē vel aquā vel aliqō aliud mediū. ⁊ imaginatur sic q̄ post ipsuz grave descendēs ipse aer rarefit insequendo ipsum grave descendens. ne fiat vacuum ibi vbi erat grave: ⁊ q̄ tali pulsu aeris ⁊ motu iuuat ipsuz grave ⁊ velocitatur in descēdendo. ¶ Istud nō valet. naz fm hoc illud qō esset late figure ceteris paribꝰ magis velocitaretur in descēdendo. cuius oppositum docet experiētia probatur cōsequentia. q; plus de aere insequitur ipsuz. ¶ Secūdo sint due spere equales: vna de plumbo alia de ligno. tunc motus spere plumbee cum hoc q̄ est velocior semper magis velocitatur q̄ motus spere lignee. ⁊ tamen equaliter de aere insequitur vtranq;. ergo insecutio talis ipsius aeris non videtur esse talis velocitationis causa. ¶ Tertio quia si talis spera descendens transeat per foramen: ⁊ statim foramen reclaudatur. ita q̄ aer insequens detineatur. non minus motus velocitabitur. ideo talem velocitatem non facit aer insequens. ¶ Quarto. nam aer inferius per descensum gravis condempsatus plus videtur resistere ⁊ impedire velocitatem q̄ aer superius rarefactus ⁊ insequens videatur iuuare. vel saltem tantum. ¶ Quinto. nam secundū talem imaginationez grave in spera ignis minus deberet suum motum intendere. quod tamen est falsum. consequentia tenet ex hoc q̄ in descensu gravis in spera ignis ipse ignis existens super grave descēdens minus insequeretur ipsuz grave descendens. postq̄ ignis est magis levis. et nature levis repugnat descendere descensum alicuius gravis insequendo. ¶ Sexta opinio premittit sicut in his que scinduntur vbi divisio precedit dividens. sicut patet in quibusdam ignis cum dividuntur secundum longum facilius est continuare divisionem q̄ incipere. ita in proposito licet divisio aeris non precedat ipsuz grave. quia tunc esset vacuum. tamen propter hoc q̄ aer subiectus recedit ad latera fit ibi quedam rarefactio. que precedit ipsum grave. ⁊ ex hoc continue movetur velocius et facilius. ¶ Sed ista opinio non valet. quia aer directe sub gravi magis condempsatur q̄ rarefiat. et illud patet bene in simili. si motus fiat per lutum vel aliquod tale cuius condempsatio esset sensibilis. ¶ Secundo. nam ex ista causa non potest reddi ratio aliquorum apparentium accidentium ex descensu gravis. sicut q̄ grave descendendo aliquando reflectitur cum invenit obstaculum. ⁊ similiter cum plumbum appensum chorde descendit ecōverso reflectitur. horum enim cause non possunt reddi iuxta predictam opinionem. ¶ Tertio. nec exemplum eorum de lignis est ad proposituz. quia talis facilitas dividendi lignū fit propter poros ordinatos in illo ligno secundum longuz. ⁊ quia non sunt sic ordinati ex transuerso. non ita faciliter. secundum transuersum dividitur sicut secundum longuz. sed sic non est de aere. cuz non sit corpus scissibile. sicut patet quarto methеurorum.

Quantum ad tertium articulum est alia opinio de causa velocitationis motus naturalis in fine. et illam approbo. vnde secundum istam opinionem imaginandum est q̄ ipsum grave in suo motu ad suam grauitatem naturalem acquirit sibi quendam impetum seu grauitatem accidentalem. que iuuat grauitatem naturalem ad movendum ipsum grave velocius. et similiter dicendum est de levitate. et secundum q̄ ipsum corpus naturale movetur diutius et diutius. secundum hoc sibi acquiritur maior et maior impetus. et secundum hoc continue movetur velocius et velocius. nisi tamen hoc impediretur per maiorem crescentiaz ipsius resistentie q̄ eēt impetus sic acquisitus. et imaginandum est q̄ sicut ille impetus acquiritur consequenter ad motum. ita consequenter minoratur vel deficit ad minorationem. vel defectum motus. ¶ Et pro ista opinione experimentum habemus tale q̄ si mola fabri magna vel valde gravis velociter moveretur motu versionis: quando cessares eam movere. adhuc ipsa diu moveretur. q̄ non videtur esse nisi a quodam impetu ab extrinseco sibi acqsito et impresso sibi a movente. tunc viterius cum cessas movere illam molam continue diminuitur donec mola cessat a motu. propter hoc. quia forma naturalis mole illius tendit ad oppositum. Ita imaginandum est proportionaliter in proposito de motu naturali corporis naturalis ad suum locum. Et forte si ista mola sic mota semper duraret sine aliqua diminutione vel alteratione. et non esset aliqua resistentia corrumpens impetum talem ibi generatum mola ab illo impetu perpetuo moveretur. et sic si placeret possemus imaginari quot non oportet ponere intelligentias moventes orbes celestes. ¶ Potest enim dici quot quando deus creavit speras celestes ipse incepit moveri vnāquanq; earum sicut voluit. ⁊ sic ab ipetu quē dedit eis adhuc movētur. q; ille impetus ibi nō corrumpitur nec diminuitur eū

non habeat ibi corrumpens. postq̄ mobile non inclinat ad oppositum. Tunc sc̄m istā opinionē possent poni conclusiones. ¶ Prima est. q̄ cā velocitatōis motus naturalis ē ipetus acgritus in ipso mobili. qui cōsequenter acgrit ad talem motū naturalē. pbat in simili de molafabri q̄ post amotionē principalis mouentis adhuc mouet. sed tūc nō videt moueri nisi a quodā tali ipetu sibi ab extrinseco acgsito. Secundo pbat hoc a simili de boue currente. qui postq̄ icepit currere ⁊ cucurrit bene velociter non pōt se bene arestare quando vult. q̄ non videt eē nisi ꝓpter talē impetū in ipso acquisitum qui adhuc vlterius inclinat ad motum. Secundum istā opinionē posset reddi causa quare graue cum fortiter descendit ⁊ inuenit resistentiā reflectit versus partem aliqua venit. Unde huius causa est. nam graue in descensu acgrit sibi talē impetū qui non subito corrūpit. ⁊ ideo cū inuenit obstaculū ille ipetus nondū corruptus inclinās ad motum nō potēs ipm mouere vlterius deorsum mouet ipm econuerso sursum. tam diu q̄ ille ipetus corrūpit. ¶ Juxta illud etiā diceret q̄ si terra eēt pforata totaliter. ⁊ per illud foramē descenderet vnū graue bñ velociter versus centrū. tūc q̄n medium grauitatis illius corpis descēdētis eēt medius mūdi illud corpus adhuc vlterius moueret versus aliam partē cell ꝓpter ipetū nondū in ipso corruptum. ⁊ in sic ascēdendo q̄n ille ipetus deficeret illud graue econuerso descēderet. ⁊ in tali descensu iterū acgreret sibi quēdā parē impetum quo iterꝫ moueret vltra centrū. ⁊ illo ipetu corrupto iterꝫ descēderet. ⁊ sic moueret circa centrū titubādo tā diu q̄ nō amplius in eo eēt talis ipetus. ⁊ tunc quiesceret. ¶ Scōa cōclusio. oīs motus nālis localis qui fit in medio vniformi velocior ē in fine q̄ in principio. pbat. ex eo q̄ resistētia manet eadē p hypothesim cū medium sit vniforme ⁊ potētia motiua augeat. s. per impetū acgsitū qui ipm inuat ad motū. per p̄cedentē cōclusionē. ¶ Tertia conclusio. si aliquis motus alicui⁹ mixti fieret in vacuo. vbi fuit locus naturalis alicuius elemēti talis motus eēt velocior in fine q̄ in principio. pbatur iterum. q̄ resistentia manente eadē. s. resistētia in inseca potentia motiua mitēdit p ipetū qui ibi acquirit. ¶ Quarta cōclusio. medium in quo fieret mot⁹ ꝑ sic disponi q̄ mobile simpler moueret in ipso eque velociter ꝑ se in fine sicut in principio. ꝓz hoc si medium eēt difforme in resistentia ⁊ inferius plus resisteret q̄ superius in tāto in quāto posset iuuare talis impetus acquisitus ad intentionem velocitatis ipsius motus. in tali casu motus grauis per totū medium esset vniformis. ⁊ quod plus ē. medium posset sic disponi q̄ motus naturalis factus i ipso in fine eēt tardior q̄ in principio. ꝓz hoc si medium inferius esset plus resistens q̄ superius. in tanto q̄ illa resistentia eēt maior q̄tū ad remittendum motum q̄ esset impetus acquisitus q̄tū ad intendendum motum. ¶ Quinta cōclusio. mobile pōt sic disponi q̄ in fine sui motus naturalis moueretur tardius q̄ in principio. istam conclusionem sufficienter probauit tertia ratio facta ante oppositum. Sed verū est q̄ nō totus ille motus fieret in medio vniformi. sed difformi. ¶ Sexta conclusio. mobile potest sic disponi q̄ velocius moueretur in pleno q̄ in vacuo. ꝓz. nam sit vnum mobile cōpositū ex duobus gradibus aeris. ⁊ quatuor terre. ⁊ sit spera ignis plena ⁊ totū residuū vacuum. tūc illud mixtū cū descenderet in igne resistēte sicut vnū. verbi gratia. tam aer q̄ terra traherent ipsum deorsum. quādo autem illud mixtum veniret ad vacuum vbi prius erat nālis locus aque. aer faz ipiceret resistere terre trahēti deorsum. ⁊ sic illud descēderet a ꝓportione q̄tuor ad duo in vacuo. vbi prius erat loc⁹ naturalis aque. qō prius in pleno puta in igne descendebat a proportione ser ad vnum. que ē maior q̄ proportio quatuor ad duo. ⁊ per consequens illud mixtum velocius descendebat in pleno vt in igne. quia ex maiori proportiōe q̄ in vacuo. Ista ratio supponit q̄ a corpore naturali in vacuo circunscribatur appetitus ille generalis corporum quo appetunt replere vacuum. Ulteri⁹ supponit q̄ corpora naturalia grauia ⁊ lenia appetunt manere in vacuo vbi prius fuit locus naturalis talium corpōrū. ¶ Juxta istā opinionem dubitatur contra talē impetum. Primo quid generet talē impetum in motu naturali ipsius corporis. Secūdo dubitatur a quo corrumpatur ille impetus. tertio dubitat que res sit talis impetus. ¶ Ad primum dico q̄ talem ipetum generat forma substalis mobilis mediāte motu. ¶ Ad scōz dico q̄ talis ipetus corrumpitur per absentiā cōseruantis. puta motus ⁊ inclinationem ipsius mobilis ad getē. recte sicut lumē in medio corrumpit. per remotionē ⁊ absentiaz corpis luminosi. ¶ Ad tertium dico q̄ est quedā qualitas de scōa specie qualitatis. est. n. quedam habilitas ⁊ facilitas ad motū. ¶ Deinde dubitatur cōtra secundam cōclusionem. nā dicunt auctores de precedētibus. q̄ q̄to aliqd pⁿ distat a centro tanto est grauius secundum situz. ex quo videtur sequi q̄ graue in principio sui motus quādo multuz distat a centro velocius debeat moueri: cum tunc sit grauius. ¶ Secundo graue in descendendo continue fit calidius ⁊ lenius. ex quo motus calefacit. ergo continue videtur moueri tardius ⁊ tardius. ¶ Ad ista ambo simul dico. q̄ acgritur ibi plus de impetu in continuatione motⁿ. qui pⁿ facit ad intensionem motus in fine. q̄ poterat facere illa grauitas secundum situm in principio ⁊ etiam q̄ posset impedire tanta lenitas quanta ibi acquiritur ex caliditate ibi causata per motum.

Ad rationes Ad primā dico q̄ illud qō dictum est intelligit̄ de motu naturali locali ⁊ recto. ⁊ nō circulari. per hoc etiam solvit̄ secunda rō. q̄ intelligitur de motu locali ⁊ nō de alijs motibus. ¶ Ad tertiam. illa vadit p vna conclusione posita. ¶ Ad quartā. illa ēt vadit p vna cōclusiōe posita. ¶ Ad quintam. nego q̄ continue maneat eadē ꝓportio potentie motē tis ad resistentiā. nā per appōnē talis ipetus potentia motiua ꝓtinue intenditur. ¶ Ad sextā. negatur consequentia. q̄ sicut dictum est in vna conclusione medium potest sic disponi q̄ motus naturalis in ipso maneret per totum regularis. ¶ Ad septimam. concedo q̄ tale graue haberet potentiam infinitā. concedo etiam q̄ non haberet potentiam infinitam. quia aliquod graue distare per distantiam infinitam a centro est impossibile. ad impossibile autem sequitur qō lz. ¶ Ad octauam. illa bene probat q̄ motus naturalis nō intenditur in fine capiendo finem quando motus desinit eē cum. hoc tamen stat q̄ bene intenditur in fine. i. versus finem. Et sic est finis qōnis.

¶ In his enim que de subtus plures iam lationes conuenerunt in vnum ꝛc. Textu cominēti trigesimiquinti.

Questio xv.

Extum propositorum erat. Utruz aer naturaliter moueatur ī f proiectione lapidis vel alterius proiecti in eo. arguitur qꝫ non. Ifam si sic sequeretur qꝫ aer nunqꝫ in tali motu desineret moueri saltez cꝫ ḋm maneret in loco proprio. cō sequens est falsum. consequentia videtur tenere. Ifam si aer moueretur naturaliter versus sursum vel ad latus ipso existente in loco ꝓprio. qua rōne moueretur p aliqō tps: eadem rōne p aliud. nā si quiesceat hoc non est ꝓp nouū locum in spē. nec pp aliquem locum sibi naturalem de nouo acqsitū. ex eo qꝫ tali motu aer moueī in loco ꝓprio. ¶ Scōo. nā ponaf qꝫ plectum pisciatur ad latus. tunc si in tali motu aer moueref naturaliter. oporteret vtiqꝫ qꝫ hoc esset mediante gravitate vel levitate ipsius aeris. Sed hoc non ex eo qꝫ gravitas ⁊ levitas nō inclināt naturaliter nisi ad motum sursum vel deorsum. ¶ Tertio si questio esset vera pari rōne plectuz moueref naturaliter. Sed hoc est falsum. ꝓña ꝓbaf. Ifā sicut aer in proiectiōe pellif a proijciente. ita proiectuz. ⁊ p ꝓns qua rōne motus vnius esset naturalis: eadē rōne motus alterius. falsitas cōsequentis ꝓbaf. nam si motus proiecti esset naturalis. proijciatur ergo aliqs lapis sursum. manifestū est qꝫ talis lapis non monetur a sua materia. cum illa nullius sit actiuitatis. nec monetur a sua forma vel gravitate. qz illa magis inclinat ad oppositum. nec apparet aliquod aliud in lapide intrinsecum lapidi. quod aptum natum sit mouere dicto modo illum lapidem. quare talis lapis monetur dicto modo violente. cū non moueatur a principio intrinseco. ergo ⁊c.

Oppositum Arguitur. nam in proiectione lapidis aer retro lapidem insequitur lapidem ne fiat vacuuz. ergo in proiectione lapidis aer monetur naturaliter. ꝯsequētia tenet ex eo qꝫ motus corm quo monenf ad replendum vacuum est corporibus naturalis. antecedens pz qz nisi lapidē plectū sequeref aer maneret vacuū in loco quem exiuit lapis intrando aliū locū in tali motu. ¶ In ista questione primo videndū est de principali quesito. Scōo videndum est de proiecto a quo mo-

neatur. ⁊ vtrum naturaliter vel violente post recessum a proijciente.

Quantum ad primum sciendum est. ꝙ in p/iectione lapidis est duplex motus aeris. scilicet aeris ante lapidem qui resistit proiecto. ⁊ diuidit vel vltra naturalem qualitatem suam condempsatur per ipsum proiectum. alius est aeris qui retro ipsum proiectum insequit ad finez ꝙ non remaneat vacuū. ¶ Tūc sit prima conclusio. in proiectione lapidis motus aeris antecedentis proiectum non est naturalis ¶ Probatur. nam tūc sequeretur ꝙ non resisteret proiecto. quod est falsum. talis enim aer non minus resistit proiecto q̄̄ aer resistat grauj descedenti vel leui ascendenti naturaliter. ¶ Secundo. nam condempsatio aeris vltra suam naturalem raritatem est sibi violenta. Sed in tali motu talis aer antecedens condempsatur vltra dempsitatez sibi naturalem. ergo ⁊ cete. ¶ Secunda conclusio. motus aeris insequentis proiectuz est naturalis. probatur. quia est a principio intrinseco. scilicet a forma substantiali ipsius aeris. que inclinat ipsum aerem ad insequendum proiectum. ad finem ꝙ non fiat vacuum. ¶ Sed contra istam conclusionem arguitur. Maz iuxta hoc esset concedendum idem elementuz simplex habere duos motus naturales distinctos specie. quod est cōtra dicta primo huius. consequentia probatur. Nam aer vel aliquod aliud corpus haberet motum naturalem quo moueretur ad suum locum naturalem. ⁊ vnum aliuz motum naturalem quo moueretur ad replendum vacuum. ¶ Ad istud respondetur ꝙ alicui corpori simplici ineē naturaliter plures motus intelligitur dupliciter. Uno modo ꝙ ambo insint illi corpori secundum naturam propriam illius corporis. Alio modo ꝙ vnus illoruz motuum insit illi corpori secundum naturam propriam. ⁊ alter secundum naturam communem illi ⁊ aljs corporibus naturalibus. Tunc dico ꝙ bene ostensum est primo huius ꝙ impossibile est eidem corpori ineſſe naturaliter distinctos motus in specie secundum naturam propriam. cuz hoc tamen bene stat vni corpori simplici ineſſe plures motus distinctos specie. ⁊ hoc naturaliter. quorum vnus ineſt ei secundum naturam propriam. alter vero secundum naturam cōmunē. ¶ Circa illud dubitatur quis illorum motuum sit magis naturalis. Utrum ille qui ineſt corpori secundum naturaz propriam. vel ille qui ineſt corpori secundum naturam cōmunem. vel an sint eque naturales. ¶ Respondeē ꝙ motus qui ineſt corpori secundum naturam communem est magis naturalis. puta motus quo moverentur corpora ad replendum vacuum. Et ratio huius ē ista. quia videmus ꝙ corpora dimittunt sua loca propria ⁊ naturalia. ad que sunt mobilia naturaliter secundum naturam eorum propriam. ⁊ moverentur ne fiat vacuum motu qui est eis secundum naturam cōmunem quod patet. nam cuz aliquis ponit aliquam fistulam ad aquam ⁊ extrahit per os aerez de fistula. aqua dimittit locum suum ⁊ ascendit in fistulam. ⁊ hoc est signum ꝙ plus inclinatur ad motum per quem caretur vacuum. q̄̄ ad motum quo est mobile ad locuz proprium. ¶ Et nota ꝙ per naturam cōmunem non intelligo aliquam rem que insit pluribus corporibus. Sed hoc voco ineſſe corporibus secundum naturam cōmunem. quod ineſt vni corpori naturaliter: ⁊ consimiliter ineſt aljs corporibus distinctis ab illo specie. Et sic ē de moueri ne fiat vacuuz. hoc enim ineſt omnibus corporibus. vnde anteq̄̄ natura permitteret vacuum: celum descenderet ⁊ impleret. sicut di. cōmentator quarto physicorum. veruz est tamen ꝙ aliqui dixerunt. ꝙ sic insequi corpora ne fiat vacuum ineſt solum aeri ⁊ aque. que sunt elementa media. que quia sunt grauia ⁊ leuia possunt moueri indifferenter huc vel illuc. sed sicut dicunt non sic est de elementis extremis. quorum vnum est simpliciter graue. ⁊ aliud simpliciter leue. ¶ Sed breuiter illud non valet. Maz ad sensuz videmus ꝙ pulsis ascendit per fistulaz subtracto aere. per quod cōstat terram ascendere ad sequendum corpus aliud naturaliter. sicut facit aer vel aqua.

Quantum ad secundum articulum sciendum ꝙ de hoc sunt plures opiniones. vna est opinio ꝙ proiectum post exitum eius a manu proijcientis mouetur ab aere insequente proiectuz. vnde imaginatur ista opinio ꝙ cum proiectum exit velociter a loco i quo erat natura abhorrens vacuum velociter mittit aerez ad replendum locum. qui quidez aer velociter sequens attingit ad proiectum. ⁊ ipsum vltra pellit. ¶ Breuiter ista opinio non videtur esse sufficiens. nam licet proiectum bene insequatur aer ne fiat vacuum. tamen ille aer non videtur esse causa motus ipsius proiecti. nam ille aer quando insequeretur proiectum ⁊ tangeret ipsum. quia aer est facilter diuisibilis. ⁊ proiectum non. latera aeris diuiderentur abinuicem. ⁊ sic non impelleret proiectum vltra. ¶ Secūdo. nam secundum istam opinionem non posset vedi causa que moueret rotā vel molam fabri longo tempore post q̄̄ manus mouens esset ablata. vnde nō potest dici ꝙ hoc sit aer insequens ex eo ꝙ continue illa mouentur in eodem aere. nec ita aer illa insequitur. sicut bene insequitur sagittā vel aliquod tali modo proiectum. ¶ Tertio. nā videmus ꝙ si aliqua nauis plena feno vel straminib⁹ moueretur ab oriente versus occidentem in aliquo fluuio post ablationē trahentis sepe palee retro nauem mouentur contra orientez. Et tamen deberet esse opposito modo. si aer insequēs moueret. ¶ Secunda est opinio ꝙ manus mouendo proiectum moueret etiam aerem circunstantem ⁊ locantez ipsum proiectum. ⁊ iste aer qui est innatus velociter moueri defert secum proiectum tanq̄̄ vas illud quod est in vase. Ista opinio etiam non est sufficiens. Maz dubitatur a quo moueatur ille aer post q̄̄ manus cessat impellere ⁊ movere. ⁊ sic manet tanta dubitatio de illo aere a quo moueatur sicut erat de proiecto. ¶ Si dicatur ꝙ iste aer mouetur a sua leuitate que quidem leuitas aere velociter moto innata est retinere diu vim motiuam. hoc non valet. quia leuitas non est nata mouere nisi sursuz. ⁊ proiectio potest fieri tam sursum. q̄̄ deorsuz. q̄̄ ad latus. ¶ Secundo. ista opinio non posset saluare quid moueret molam fabri. que velociter impulsa valde diu adhuc verteretur nō obstante ꝙ aer vndiq̄̄ circunstans abstergeretur vel astringeretur. ¶ Tertio. naz aer quantuncunq̄̄ est velociter motus. ip se est valde faciliter diuisibilis. Ideo non appareret quomodo posset tam longo tempore sustinere in alto lapidē ponderis centum vel mille librarum proiectuz per machinaz. vel per aliquod aliud instrumentum. ¶ Quarto iuxta istā opinionem sequeretur ꝙ longius possemus proijcere plumam q̄̄ lapidez. ⁊ minus graue q̄̄ magis graue. Si ēent consimilia in figuris ⁊ in magnitudinibus. consequens est contra experientiaz. consequentia tenet ex eo ꝙ magis graue videtur magis resistere aeri mouenti ipsum sursum q̄̄ pluma. vel minus graue. ¶ Quinto. si aer quem proijciens monet cum lapide est tante virtutis ꝙ possit velociter ferre magnum lapidem proiectum tunc videretur ꝙ si sine lapide aliquis proijciens pelleret aerem contra socium suum. ꝙ ille contra quem pelleretur aer multo maiorem impetum deberet percipere q̄̄ percipit. ¶ Tertia est opinio quam reputo veriorem. ꝙ proiectum post exituz eius a manu vel recessum a proijciente mouetur a quadam vi seu impetu sibi impresso ab ipso proijciente. Et sicut tandem illa virtus motiua sic sibi impressa remittitur vsq̄̄ ad non gradum proiectum. desinit moueri motu proiectionis. Et secundum istam opinionem possunt saluari apparentia iuxta motum proiectionis. ¶ Primo quidem quare proijciens remotius proijcit lapidem q̄̄ plumam. huius quidem ratio est ista. quia in lapide plus est de materia q̄̄ in pluma. ⁊ etiam est magis compacta. ⁊ ideo illa virtus motiua fortior. ⁊ maior imprimitur lapidi q̄̄ plume. ⁊ etiam diutius retinetur recte sicut videmus ꝙ ferro fortior imprimitur calor quam ligno. ⁊ hoc propter dempsitatez ⁊ compactitatez materie. Iuxta etiam istam opinionem redditur causa propter quam lancea longa plus perforaret q̄̄ ferrum sine lancea. huius quidem causa est. quia in

lancea longa plus recipitur de illo impetu q̄ in ferro solū. ¶Et si queritur que res sit talis impet⁹. certe hoc magis pertinet ad inuestigationem metaphysicam q̄ ad inuestigationem naturalem. Ex his patet q̄ motus proiecti non est piectio naturalis sed violenter. patet hoc. quia talis motus prouenit ab aliquo impresso ipsi proiecto ab extrinseco ¶Sed diceres. contra talis motus est a principio intrinseco moti. ergo naturalis. ℜRespondeo negando consequentiam. nam vltra hoc requiritur q̄ naturalis inclinatio mobilis non sit ad oppositum.

Ad rationes Ad primam quando dicebatur. sequeret q̄ aer in tali motu nunquam desineret moueri. negatur consequentia. ⁊ ratio huius est. quia in tali motu aer rarefit ⁊ condempsatur vltra gradum raritatis vel dempsitatis sibi debitū. ⁊ ideo aer appetens redire ad statum pristinum tandem desinit a tali motu. ¶Ad secundam proiciatur proiectus ad latus. placet mihi. tu dicebas q̄ aer tunc non insequitur naturaliter. dico q̄ imo. ⁊ vlterius dico q̄ hoc est mediante forma tanq̄ mediante principio actiuo principali. ⁊ mediante leuitate. tanq̄ instrumentali ⁊ quando dicebatur leuitas non inclinat nisi ad motum sursum. dico q̄ hoc est verum quando mobile mouetur motu sibi naturali secundum naturaz sibi propriam. tamen quando mobile mouetur motu sibi naturali secundum naturam cōmunem sibi ⁊ alijs sicut est in proposito ne fiat vacuum. leuitas bene monet ad latus. seu ad aliam differentiam positionis q̄ sursum. ¶Ad tertiam. ista bene probat q̄ proiectus moueretur naturaliter. ⁊ hoc si aer precedens ipsum moueretur naturaliter. quia ille pellitur sicut proiectum. tamen non oportet: si aer insequens proiectum moueatur naturaliter: q̄ ergo proiectus moueatur naturaliter. quia aer insequens nō pellitur sicut pellitur proiectum. Et ideo dissimile est de motu proiecti. ⁊ de motu aeris insequentis proiectum. quare ⁊c.

¶Coraliter autez temprare simplicia corpora figurare irrationabile ⁊c. Tertio celi. Textu cōmenti sexagesimiseptimi.

Questio xiii.

Hanc ℜRestat vltimo querere circa figuram corporum simplicium elementarium ⁊ quantum ad hoc quaz vnicam questionem scilicet. vtruz elementa quatuor determinent sibi figuras a natura. ⁊ videtur q̄ sic. ℜNam quintuz corpus simplex. scilicet celum determinat sibi figuram a natura. scilicet sphericam vt prius dictuz est. ergo videtur q̄ alia quatuor corpora simplicia. scilicet elementa determinent sibi figuras a natura. Secundo. quia per rationes geometricas probatum est q̄ non sint nisi quinq̄ figure corporum regularium secundum speciem que sunt simplicissime. igitur videtur q̄ illas figuras sibi determinant quinq̄ corpora simplicia. scilicet celum ⁊ quatuor elementa. sic q̄ quodlibet eorum determinat sibi vnaz earū. ¶Tertio. corpora determinata ad maximum vel ad minimum vtique determinant sibi aliquam figuram a natura. quia determinata ad maximum vel ad minimum determinantur ad finitatem. omne autem finitum est figuratum. corpora autem elementaria determinantur naturaliter ad maximum vel ad minimum. quod patet ex secundo de anima. vbi dicit omniuz natura constantium posita est ratio magnitudinis ⁊ augmenti. ℜHoc idez videtur posse elici ex secundo phyficorum. ¶Quarto aqua determinat sibi aliquam figuraz a natura. ergo ⁊ cetera elementa. consequentia tenet. quia non videt esse maior ratio de vno elemento q̄ de alio. Antecedens videtur esse euidens ex intentione Aristoti. secundo huius. vbi probat q̄ ipsa est sperica. quia aliter partes eius superficiales non equaliter distarent a centro. ¶Quinto. eadez est figura totius homogenei ⁊ cuiuslibet eius partis. aliter enim non esset homogeneum. sed particulare aque videntur tendere ad sphericitatem. sicut patet de gutta rozis ⁊ pluuie. ergo ita videtur esse de tota spera aque. ¶Sexto ignis determinat sibi aliquam figuram a natura. ergo ⁊ alia elementa. consequentia tenet. antecedens probatur. quia determinat sibi figurā pyramidalem. patet hoc. quia cuz ascendit non ascendit nisi secundum figuram istam scilicet pyramidalem sicut docet experientia. ergo ⁊c.

Oppositum videtur esse de intentione Ari. in littera. ¶In ista questione erunt quatuor articuli principales. In quorum primo recitabo opinionem antiquorum de figura corporum simplicium. In secundo improbationem eorum antiquoruz quaz ponunt Ari. ⁊ cōmentator. In tertio dubitabitur de vno quod Ari. ⁊ commentator assumunt in improbando opinionem antiquoruz. In quarto articulo respondebitur ad questitum.

Quantum ad primum sciendū est q̄ erat opinio antiquorum. q̄ corpora simplicia. sicut celum ⁊ elementa determinarent sibi figuraz a natura. vnde considerauerunt q̄ corpora mathematica regularia sunt. ſ. ⁊ non plura. scilicet thetracedron. exacedron. octocedron. duodecedron. ⁊ icocedron. Et quia etiaz corpora simplicia naturaliter sunt. ſ. ⁊ non plura. scilicet quatuor elementa ⁊ quinta essentia. crediderunt q̄ quodlibet istorum corporum simplicium determinaret sibi vnam illarum quinq̄ figurarum regularium. Unde dixerunt terram esse corpus exacedron. seu corpus cubice figure: seu corpus ex superficierum regularium. Et hoc ideo. quia corpus cubicum seu exacedron est magis fixum ⁊ immobile ⁊ minus aptum ad motum. Et quia sic est de terra. ideo attribuerunt terre figuram cubicam seu figuram exacedron. Dixerunt autem aquam esse corpus icocedron. seu corpus ex duabus superficiebus regularibus. q: aqua omnibus alijs est corpus magis rotabile ⁊ minus stabile. terminabile terminis alienis. ⁊ difficulter terminis propijs. ⁊ hoc ipsi attribuerunt aque propter multitudinem angulorum. quos habet corpus icocedron. Attribuerunt autem aeri figuram octocedron. ⁊ igni figurā thetracedron. scilicet figuram pyramidalem. ⁊ celo figuram duodecedron. ⁊ hoc propter causas que erant expresse in vna questione facta circa primuz huius. Et illud potest intelligi vel q̄ dicta corpora simi se tota essent taliter figurata vel ex partis particulis sic figuratis composita. videlicet q̄ terra simi se totaz sit cubice figure. vel q̄ particule ex quibus ipsa est composita sint cubice figure.

Quantum ad secundum Articulum sciendus est q̄ Aristoti. ⁊ commentator improbant istam opinionem sic. nam si dicta opinio esset vera necessario se queretur vacuuz. quod tamen ipsi antiqui negabant. probatur consequentia. quia cum huiusmodi corpora simplicia sic figurata componerentur: non ita possent coniungi circa eundem punctum. quin inter ea remaneret vacuum. quia in superficialibus figuris regularibus tantū sunt tres figure que replent spacium superficiale scilicet circa eundem punctum scilicet trigonus quadratus ⁊ exagonus. In corporalibus autem figuris. sicut dicunt Aristo. ⁊ commentator. sunt due tantum que spatiuz replent corporale circa eundem punctum scilicet pyramis ⁊ cubus. propter quod oportet solum illa duo corpora. scilicet. quorum vnum est pyramidale. vel ex pyramidibus compositum. ⁊ aliud cubicum vel ex cubicis compositum in aliquo numero accepta replere locum sine vacuo. ¶Et ideo quantum esset de alijs tribus oporteret esse vacuū. licet hoc euitaretur per cubita ⁊ pyramidalia.

Quantum ad tertium articulum. dubitatur de hoc quod suppositum iam fuit i improbatione opinionis antiquorum. supponitur enim q̄ corpora pyramidalia regularia in aliquo numero accepta possint replere locum. ¶Dubitatur vtruz hoc sit verum. pro quo primo oportet supponere quid intelligatur in proposito per replere locum. pro quo sciendum q̄ replere locum potest intelligi vel in superficie vel in solido. replere locum

in superficie non est aliud q̄ replere totale spacium superficiale circunstans aliquem punctum in ista superficie imaginatum. Sed replere locum in solido est replere totum spacium corporale circunstans aliquem punctum imaginatum. ¶ Tunc pro conclusionibus aliquibus ponendis supponitur. q̄ quilibet punctum in superficie imaginatuz circunstat spacium superficiale. quod valet quatuor angulos rectos ista patet ex primo elementorum euclidis. ¶ Tunc fit vna conclusio. Q̄ tres sunt figure regulares superficiales potentes replere locum in superficie. scilicet quadratuz triangulus ⁊ exagonus. Istud probatur de quadrato. Nā si aliquem punctuz circumponantur quatuor quadrata. occupabunt totum spacium superficiale circunstans illum punctum. quod patet. Nam totale illud spacium circunstans istum punctum valet quatuor angulos rectos precise: ⁊ tantuz precise valent quatuor anguli quatuor quadratorum. quia cuiuslibet quadrati quilibet angulus est rectus. ¶ Dico secundo q̄ sex anguli trianguli regulares replent locum. quia angulus trianguli regularis seu equilateri valet duas tertias vnius recti. sicut elici potest ex propositione. 30ª primo elementorum Euclidis. ergo sex tales anguli valent. 12. tertias anguli recti. ſz tales. 12. tertie faciūt quatuor integra. scilicet quatuor angulos rectos. quantum est precise spacium superficiale circunstans aliquem punctuz in superficie imaginatum: ideo sex anguli trianguli regulares circa eundem punctum positi replebunt locum. ¶ Dico tertio q̄ tres exagoni regulares replent locum quia angulus exagoni habet quatuor tertias vnius recti. sicut potest elici ex iam allegata propositione primi elementorum Euclidis. ergo tres tales que faciunt quatuor integra. scilicet quatuor angulos rectos replerent locum superficialem circunstantem aliquem punctum in superficie imaginatum. ¶ Dico quarto q̄ anguli pentagonorum vel eptagonorum vel octogonorum. ⁊ sic in infinitum in nullo numero combinati possunt precise replere locuz. angulus enim pentagoni habet vnum rectum ⁊ quintam huius recti. tales autem tres combinati minus faciunt q̄ quatuor rectos. Quatuor vero combinati plus faciunt q̄ quatuor rectos. deinde nec eptagonus replet locum. quia angulus eptagoni valet vnum rectum ⁊ quinq̄ septimas vnius recti. ergo duo tales sunt minores q̄ quatuor recti. ⁊ tres sunt maiores q̄ quatuor recti. Et breuiter vltra exagonum nullarum figurarum regularium anguli replent locum. quia omnium figurarum regularium vltra exagonum duo anguli sunt minores quatuor rectis. ⁊ tres sunt maiores quatuor rectis.

¶ Et vt quod dicitur melius intelligatur. pro sciendo quātum alicuius figure regularis angulus valeat ⁊ etiaz quantum omnes simul. sciendum est q̄ cuiuslibet quadrati angulus est rectus. hoc patet per diffinitionez quadrati. ⁊ cuiuslibet trianguli regularis angulus valet duas tertias recti. istud patet. nam cuiuslibet trianguli anguli valent duos rectos. vt demonstratum est primo elementorum Euclidis. ⁊ cum anguli trianguli regularis sint sibi inuicez equales. vt patet per diffinitionem figure regularis. sequitur q̄ quilibet angulus trianguli regularis valet duas tertias recti. vnde figura regularis dicitur cuius omnia latera sunt sibi inuicem equalia. ⁊ omnes anguli sunt sibi inuicem equales. sic ergo scimus quantum valent anguli quadrati. ⁊ similiter trianguli. ¶ Ad sciendum autem consimile de alijs figuris regularibus superficialibus. sicut de penthagono. exagono. eptagono. ⁊ sic de alijs. est sciendum q̄ primo cōsiderandus est numerus angulorum talis figure. quo considerato ab illo remoueantur duo. ⁊ illud residuum ostendet nobis numerum triangulorum in quos illa figura est resolubilis. hoc autem scito duplicemus numerum triangulorum in quos ista figura est resoluta. ⁊ resultans ex tali duplicatione est numerus angulorum rectorum quos valent omnes anguli simul iuncti illius figure. cuius anguloz valor querebat. Verbi gratia. Si volo scire quot angulis rectis equivalent anguli penthagoni regularis cōsiderabo q̄ quinq̄ sunt anguli penthagoni. a quibus remouebo duos. ⁊ remanebunt tres. dico ergo q̄ penthagonus resolubilis est in tres triangulos. ⁊ quia trium triangulorum anguli valent sex rectos. quod patet duplicando tria. dicatur q̄ omnes anguli penthagoni regularis simul iuncti valent sex rectos. ⁊ p cōsequens vnus angulus penthagoni valet vnū rectum. ⁊ quintam partem recti. ⁊ q⁹ exagoni sunt sex anguli. remouebo a sex duo. ⁊ remanebunt quatuor. in tot ergo triangulos exagonus est resolubilis. scz in quatuor. ⁊ si quatuor duplicamus resultant octo. ⁊ tot angulis rectis equalent anguli exagoni simul iuncti. propter quod vnus angulus exagoni regularis valet vnum rectum ⁊ tertiam recti. quod patet. Nam si octo anguli recti distribuantur sex angulis exagoni. cuilibet angulo exagoni cadit vnus rect⁹. cum sexta parte duorum rectorum. sexta autem pars duorum rectorum ē vna tertia recti. ⁊ sic quilibet angulus exagoni regularis valet quinq̄ tertias vnius recti. ¶ Finaliter ergo recolligendo conclusionem primam. dico q̄ solū tres figure regulares superficiales replerent locum superficialem. scilicet triangulus quadratum ⁊ exagonus non distinguendo quadratum contra quadrangulum vel triangulū. De corporibus autem replentibus locuz in solidis dicunt Aristoteles. ⁊ cōmentator q̄ talia sunt. scilicet cubus. ⁊ pyramis. de cubo non est dubium. Et ideo sit secūda conclusio. q̄ in solidis. 8. cubi aggregati circa vnum punctum totum spacium circa ipsum replent ad omnem differentiaz. quod patet. Si intelligamus tres lineas in aere interfecare se ortogonaliter. sicut apparet i tribus pallis sibi mutuo applicatis. que faciunt duodecim angulos rectos. sicut patet inter illas lineas superius intercipientur quatuor cubi sine interuallo. Et inferius alij quatuor. ita q̄ quatuor supra sectionem. ⁊ quatuor infra sectionem. que simul faciunt octo totum spaciuz circunstans sectionem occupabunt. De pyramidalibus autem regularibus dicit cōmentator q̄ duodecim pyramides regulares replent locum. ⁊ hoc ipse ficnititur probare tertio huius. quorumcunq̄ angulorum corporalium anguli superficiales equivalent angulis superficialibus angulorum octo cuborum illi anguli possunt replere locum in solidis. Sed anguli superficiales duodecim angulorum pyramidaliuz equivalent angulis superficialibus octo cuborum. ergo ⁊c. maiorez relinquit tanq̄ per se manifestam. ex eo q̄ anguli octo cuborum replent locum. sed minorem probat. pro quo supponitur q̄ angulus cubi solidus claudit tribus angulis superficialibus rectis. ⁊ sic octo anguli cuborum solidi clauduntur viginti quatuor angulis rectis superficialibus. Sed quia angulus solidus pyramidis regularis trium superficierum clauditur tribus angulis superficialibus equivalentibus duobus angulis superficialibus rectis. sequitur q̄ anguli solidi duodecim pyramidum claudūtur etiam viginti quatuor angulis rectis superficialibus. ⁊ sic tot angulis rectis superficialibus claudūtur anguli solidi. 12. pyramidum regularium quot clauduntur anguli solidi octo cuborum. ⁊ hoc erat intentum.

¶ Secundo. nam sicut se habet triangulus in plano ita se habet pyramis in solido. Sed aliquot triangulī replent locum in plano. ideo aliquot pyramides replebunt locum in solido. Et ex quo sex trianguli regulares replent locum in plano videtur q̄. 12. pyramides repleant locum in solido. consequentia videtur tenere per hoc. Nam sicut numerus cuborum replentium locum in solido est duplus ad numerum quadratorum replentium locum in plano. q⁹ octo cubi replent locum in solido. ⁊ quatuor quadrata replent locum in plano. Ita videtur q̄ numerus pyramidum replentium locum in solido debeat esse duplus ad numerum triangulorum replentium locum in plano. ¶ Contra istam opinionem salua reuerentia cōmentatoris sit tertia conclusio. q̄ duodecim pyramides regulares non replent locuz in solido. quod probatur sic. nam reciplam aliquam superficiem planam. ⁊ signabo in ea punctum. ⁊ sit. a. ⁊ assignabo super pūctum istum sex triangulos equilateros qui replent locum in superficie circa pūctum istuz. quod est possibile sicut cōmentator concedit. ⁊ ostensum est prius demonstratiue. deinde supra quemlibet istorum triangulorum tanquam supra basim erigam pyramidem regulare3

trium laterum: quo facto erunt ibi sex pyramides contingentes vel continētes se in puncto. a. deinde imagino: vnā lineam perpendicularem in illa superficie erectam directe. ad. a. punctum in sursum. que sit. a. b. quo facto iste sex pyramides nunq̄ tangunt istam lineam nisi inferius in puncto. a. sicut patet volenti considerare. ⁊ per cōsequens iste sex pyramides nullum omnino solidum constituunt. Deinde ex alia parte eiusdem superficiei imagino: alias sex pyramides supra easdem sex bases constitutas. ⁊ in eodem puncto. a. contingentes se. ⁊ imagino: b. a. protrahi directe in deorsum in. c. erit ergo. b. a. c. linea tota in vacuo ex vtraq̄ parte: ⁊ nihil solidum constitutum est circa punctū in quo contingunt se. 12. pyramides. imo sunt ibi sex corpora quorum quodlibet constitutum est ex duabus pyramidibus in cōmuni base contūctis. quorum nullum alteri congungitur sm superficiē. Sed tantum eorum superficies lineis se cōtingunt. patet ergo q̄ duodecim pyramides bene possunt se contingere circa eundem punctum cōmune. sed nullo modo implebunt locum. nec ratio cōmentatoris salua sui gratia est alicuius valoris. supponit. n. q̄ quicūq̄ anguli corporales continentur ab angulis superficialib⁹ eq̄ualentibus vigintiquatuor angulis superficialibus rectis. q̄ illi impleant precise locum. modo hoc est falsum. Nam si hoc esset verum. sequeretur q̄ tres cubi vna cuz sex corporibus superficialibus resultantibus ex diuisione triuz cuborum replerent locum. modo hoc est falsum. ex eo q̄ tales tres cubi vna cum talibus sex corporibus superficialibus non valent nisi sex cubos: sex autem cubi non replent locum. probatur consequentia. ex eo q̄ omnes anguli solidi simul iuncti trium cuborum ⁊ sex talium corporum superficialium claudūtur angulis superficialibus equivalentibus vigintiquatuor angulis superficialibus rectis. Ex eo q̄ angulus cubi solidus continetur tribus angulis superficialibus rectis ⁊ angulus solidus talis corporis superficialis clauditur duobus angulis rectis superficialibus cuz dimidio. ⁊ sic anguli solidi talium sex corporum superficialium claudūtur angulis superficialibus rectis equivalentibus quindecim angulis rectis. ⁊ tres anguli trium cuborum nouem rectis. Sed quindecim ⁊ nouez faciunt viginti quatuor. ergo ⁊c. ¶ Secundo sequitur q̄ octo cubi non implerent locum. probatur consequentia. q; sm dictaz suppositionē cōmentatoris sedecim corpora superficialia equivalentia octo cubis non implerent locum: ex eo q̄ sedecim anguli solidi superficialium corporum claudūtur angulis superficialibus non equivalentibus precise. 24. angulis superficialibus rectis. patet hoc ex eo q̄ angulus corporis superficialis solidus versus illam partem vbi fiebat diuisio cui clauditur duobus angulis rectis cum dimidio. ⁊ sic tales. 16 claudūtur angulis superficialibus equivalentibus 4. angulis rectis: ⁊ ne laboremus in equivoco. corpus superficiale dicitur esse quodlibet illorum duorum que resultant ex diuisione cubi. cum cubus diuiditur diametraliter. que diuisio cadit super angulos cubi apparentes. Ex quo patet q̄ precise tantum valent duo corpora superficialia q̄ tum vnus cubus. sic ergo primo visa est opinio cōmentatoris. s. q̄. 12. pyramides regulares replent locum. Et secūdo ratio sua. ⁊ tertio improbatio sue opinionis. Et quarto ostensus est defect⁹ sue rationis qua credidit se demonstrasse. Nec propter hoc volo improbare Aristo. quia Aristo. non dicit q̄. 12. pyramides regulares replent locum. Sed bene dicitur q̄ pyramis est vnum de corpor⁹ que in aliquo numero accepta possunt replere locū. Sed quot pyramides hoc faciant non exprimit. Et ideo sm Aristoti. diceretur ad dubitationem motam. quantum ad tertium articulum questionis. q̄ pyramides regulares in aliquo numero accepte replent locum. sed in quo numero hoc faciant ipse nō dixit. Et si i aliquo numero forte hoc sunt viginti. De hoc aūt alias si deo placuerit profūdius perscrutabor.

Quantum Ad quartum articulum sciendum: q̄ aliquod determinare sibi figurā a natura est ipsum habere alicuz figuram determinatam. ⁊ non posse habere aliam nisi violente. ¶ Secundo est sciendum q̄ questio potest intelligi. vel de totali elemento: vel de parte eius. ¶ Tunc sit prima conclusio. q̄ particule elementorum non determinant sibi figuram naturaliter. probatur. q; aliter ⁊ aliter possunt figurari. nunc triangulariter nunc quadrate. secūdum aliam ⁊ aliam figuram corporis continentis. sicut patet de aere ⁊ de aqua absq̄ eorum violentia ⁊ corruptione. qualiter nō posset fieri de homine vel de asino. ¶ Secundo. omne recipiens debet esse denudatum a natura recepti. modo elementa per mixtionem quālibet figuraz possunt recipere. nec aliquā sibi determinant nec aliquam habent sibi connaturalem: tam enim non possent aliam recipere. sic enim arguit Aristo. in primo physicorum. ⁊ cōmentator in de substantia orbis. q̄ materia prima nullam determinat sibi formam substantialem. Nam tunc nullam aliam posset recipere. ¶ Tamen contra istas probationes dubitatur. prima quidem probatio non videtur procedere de omnibus elementis: non enim concludit de terra: que est solida. illa. n. non potest sic diuersimode figurari. secundum diuersam figuram continentis. ¶ Contra secundam probationem dubitatur similiter. quando dicitur recipiens debet esse ⁊c. ¶ Nam sm hoc oporteret q̄ etiam elementa non haberent formas substantiales. ex eo q̄ in mixtione quanlibet formam substantialem possunt recipere. ¶ Ad ista respondetur. Ad primum dico q̄ licet terra non figuretur ad figuram continentis. hoc non est q; forma eius substantialis determinet sibi figuram quaz habet. sed hoc solum est propter duritiem: quia non est flurtibilis. Etiam sufficit q̄ sine corruptione ipsa terra posset diuidi ⁊ figurari aliter ⁊ aliter sine eius violentia. ¶ Ad secūdam. ista bene probant q̄ oportet elementa carere formis substantialibus elementorum mixtorum. nam tales recipiunt in mixtionem. non tamen propter hoc oportet elementa carere formis substantialibus elementarib⁹. ¶ Ex ista conclusione sequitur. q̄ non potest fieri transmutatio. particule elementi de figura in figuram q̄ sit ei violenta. patet hoc ex eo quia nulla est sibi naturalis. verumtamen potest esse violentia aliunde in tali transmutatione. sicut propter motum localem vel rarefactionem vel condempsationem vel diuisionem. licet non ratione figurationis. ¶ Secunda conclusio q̄ totalis spera elementi non determinat sibi aliquaz figuram naturaliter. probatur quia totum homogeneuz ⁊ quelibet eius pars separata sunt eiusdē rationis. ⁊ non differunt nisi secundum magnum ⁊ paruum. ⁊ ideo consimilis est motus ⁊ locus talis totius. ⁊ sue partis. ⁊ similiter consimilis figura. sed per precedentem cōclusionem pars elementi non determinat sibi aliquam figuraz naturaliter. igitur nec totum. ¶ Secundo. si elementa totalia determinarent sibi alicuz figuram naturalem. tunc sicut differūt specie determinarent sibi figuras distinctas specie. modo hoc est falsum. Nam omnia quasi sunt sperica: sed illaz non determinant sibi a natura. sed habent illam rationez continentis. consequentia probatur. Nam sicut videmus in animalibus ⁊ alijs differentibus specie. q̄ distincta specie si determinant sibi figuras. determinant sibi figuras distinctas specie. ¶ Sed dubitatur primo de hoc q̄ eadez est figura totius homogenei ⁊ sue partis. Nam aliqua particula aque transmutatur de vna figura in aliam. Et tamen tota spera aque manet consimilis figure. cuius fuit ante. ¶ Secundo dubitatur. contra conclusionem in se. naz terra vndique naturaliter mouetur ad medium. ex hoc sequitur ipsam esse rotundam sicut dicebatur secundo huius. ideo ipsam esse rotundam videtur ei ineesse naturaliter sicut inest ei naturaliter vndiq̄ moueri ad medium. Ad quod sequitur ipsam esse vndiq̄ rotundam. ¶ Tertio iguis necessario est spericus. nam aliter esset vacuum prope speram lune igitur videtur q̄ talem figuraz ignis sibi determinat ⁊c. ¶ Ad ista respondetur. Ad primū. bene concedo q̄ tota spera aque ⁊ vna pars aque quodammodo se habent aliter quantum ad figuram. Sed tamen hoc non est de per se. nec ratione forme substantialis aque. sed per accidens. ⁊ ex continente. ⁊ ratione motus. q; facile est vnam paruam particulaz aque transmutare ⁊ mouere de continente in continens. ⁊

non est ita de tota spera aque. tamen si sic fieret. nō propter hoc corrūperetur nec violentaretur. ¶ Ad secūdum. dico q̄ non sequitur si motus sit naturalis ⁊ ex motu sequit̄ talis figuratio q̄ talis figuratio sit naturalis figuratio. ¶ Ad tertiū. dico q̄ licet ignis sit necessario spericus. non tamen naturaliter a forma sua. sed ab alio. s. a continente. s. a celo q̄ est spericus.

Ad rationes. Ad primam ista bene probat q̄ quodlibet elementum est figuratum. sed q̄ istam figuram per suam naturaz sibi determinet hoc non concluditur. ¶ Ad secūdam dico q̄ licet non sint nisi quinq; corpora regularia sm̄ speciem. non tamen oportet q̄ quodlibet corporum simplicium vnam illarum figurarum talis corporis sibi determinet. Naz si sic sicut arguit Aristoti. oporteret esse vacuum. quod natura abhorret. nec ratio ista est aliud q̄ quedam concordantia ⁊ persuasio secundum quas non est procedendum in naturalibus. sed magis ibi est procedendum sm̄ experientias. ¶ Ad tertiam dico q̄ elementa ex sui natura non determinata sunt ad maximum vel ad minimum. Nam dicitur secundo de anima. q̄ ignis creseret in infinitum si infinitum combustibile apponeretur. Sed si elementa determinata sunt ad maximum vel ad minimum. hoc non est eorum natura. sed magis a continente. Et iuxta hoc proportionaliter exponatur illud quod dictum est. omnium natura constantium. ⁊c. ¶ Ad quartam dico q̄ aqua habet figuram spericam. hoc aūt non est imediate a forma sua. sed quodam modo ex consequente. i. propter locum ⁊ distantiam eius a centro mundi sicut ostensum est secūdo huius. ¶ Ad quintam de guttulis aque que sunt sperice. dico q̄ hoc non est a forma aque. sed magis propter fugam contrarij. naz illa est figura scilicet spherica in qua partes sunt magis vnite ⁊ magis possunt resistere corrūpenti. ⁊ ideo quodlibet quātum potest tendit ad istam figuram nisi aliud impediat. sicut grauitas vel durities. Et maxime quando est in parua quantitate. nec hoc solum conuenit aque. sed alijs liquidis. sicut patet de argento viuo. ¶ Ad sextam dico q̄ hoc non est. propter hoc q̄ ignis talem figuraz sibi determinet. sed hoc magis est pp aerem circūstantē corrūpentem illam flamā. ⁊ diminuentem quanto est remotius ab eius origine

¶ Et sic cū dei laude terminat̄ questio. ⁊ per consequens tertius liber. sicq; totalis liber. qui vt visum est. in tres partiales libros distributus ē. cuius primi omnes questiones fundate sunt super textus primi libri Aristo. preter vltimā que fundata est super primo textu secundi libri de celo Aristotilis. Similiter questiones omnes secundi libri fundate sunt super textus secundi libri de celo Aristo. preter decimamquartam questionem que fundata est super octuagesimumnonum textum primi celi Aristo. Questiones aūtē huius tertij omnes sunt fundate super text⁹ quarti libri de celo Ari. preter quintam. duodecimā. ⁊ decimātertiā. que fundata sunt sup̄ textus tertij libri de celo Aristo. vt patuit.

¶ Expliciunt questiones preclarissimi doctoris Alberti de saxonia super quatuor libros de celo ⁊ mūdo Ari. diligentissime emendate per eximium artium ⁊ medicine doctorem magistrum hieronymum Surianum Venetum filium domini magistri Jacobi Suriani physici p̄stantissimi: Impresse autem Venetijs per Otinum Papiensem Anno salutis nostre. M. cccc xcvij. v. Idus Junij. Ducāte inclyto principe Augustino Barbadico.

a.b.c.d.e.f.g.h.i. Omnes sunt terni preter. i. qui est duernus.

Tabula.

¶ Incipiunt tituli questionum primi libri.

¶ Utrum cuilibet corpori simplici insit naturaliter tantum vnus motus simplex. Questio. 1.
Utrũ in mundo sint quinq; corpora simplicia distincta specie. s. quatuor elementa ⁊ quinta essentia. 2.
Utrum preter quinq; dicta corpora simplicia sit ponendũ sextum corpus simplex ꝑm speciem. 3.
Utruz totalis mundus aggregatus ex dictis quinq; corporibus simplicibus sit vnum ens continuum. 4.
Utrum mundus sit perfectus. 5.
Utruz possit esse aliquod corpus infinitũ ĩmobile. 6.
Utrum possit esse aliquod corpus infinitum ĩmobile circulariter. 7.
Utrũ possit esse aliqđ corp⁹ ĩfinitũ mobile motu recto. 8.
Utrum aliqua magnitudo siue corporalis siue linealis siue superficialis sit vel possit esse infinita. 9.
Utrũ vnũ ĩfinitũ possit eẽ maius vel min⁹ alio si eẽnt plura infinita. siue vtrũ vnũ infinituz sit cõparabile alteri. 10.
Utrũ totalis mundus sit magnitudo finita vel infinita. 11.
Utruz supposito ꝙ essent plures mundi terra vnius mundi moueretur ad medium alterius mũdi. 12.
Utrum sint vel possint esse plures mundi. 13.
Utrum quelibet potentia actiua determinetur per maximum in quod potest agere. 14.
Utrum quelibet potentia passiua terminetur per minimũ a quo potest pati. 15.
Utrum omne ens habeat potentiaz respectu sue durationis per maximum tẽpus per quod potest durare. 16.
Utrum omne corruptibile necessario corrũpatur. 17.
Utrum aliquid de nouo genitum possit perpetuari. ⁊ aliquod eternum possit corrũpi. 18.
Utrũ generabile ⁊ corruptibile ꝯuertãtur adinuicẽ. 19.
Utrum mundus sit perpetuus. 20.

¶ Incipiunt tituli questionum secundi libri.

¶ Utrum in celo sint sursum ⁊ deorsum. ante ⁊ retro. dextrum ⁊ sinistrum. Questio. 1.
Utrũ in celo debeat sumi sursum ⁊ deorsuz ꝑm polos. 2.
Utrũ polus arcticus sit deorsum ⁊ antarcticus sursuz. 3.
Utrum sursum deorsum ⁊c. reperiantur in celo ex natura rei. vel solum in habitudine ad nos. 4.
Utrum celum sit figure sperice. 5.
Utrum spere celestes sint octo vel nouem vel plures vel pauciores. 6.
Utrũ ad saluandũ ea que apparent ex motibus planetarũ oporteat ponere orbes ecentricorũ ⁊ epiciclos. 7.
Utrum omne celum sit mobile. 8.
Utrum celum moueatur cum fatigatione ⁊ pena. 9.
Utrum ista consequentia sit bona. celuz mouetur. ergo necesse est terraz quiescere. 10.
Utrum ista consequentia sit bona celum sꝑ mouetur. ergo necesse est ipsum moueri pluribus motibus. 11.
Utrum ista ꝯña sit bona. si necesse est eẽ gnãtiones ⁊ corruptiones hic ĩferius necesse ẽ plures motus celestes. 12.
Utrũ motus celi ab occidente ĩ orientez sit regularis. 13.
Utrũ oĩs motus regularis sit velocior ĩ fine q̃ ĩ p̃n⁹. 14.
Utrũ spe celestes planetaꝝ plurib⁹ moueãt motib⁹. 15.
Utrũ corpora celestia suis motibus causent sonum. 16.
Utrum orbes inferiores planetaruz velocius moueantur motibus proprijs q̃ orbes superiores. 17.
Utruz sol ⁊ luna paucioribus moueantur motibus q̃ alij planete. 18.
Utrum spera solis per suum motum magis calefaciat ista inferiora q̃ alij planete. 19.
Utrũ stelle moueant ꝑ se vel solũ ad motũ sui orbis. 20.
Utrũ oĩa astra sint adinuicẽ eiusdẽ spẽi spãlissime. 21.
Utrum omnia astra alia a sole. habeant lumen suum a sole vel a se. 22.
Utruz omnia astra sint generatiua caliditatis per lumen in istis inferioribus. 23.
Utrum macula illa apparens in luna causetur ex diuersitate partium lune vel ab aliquo extrinseco. 24.
Utrum terra sit in medio mundi sicut punctus respectu celi naturaliter situata. 25.
Utrum terra in medio celi siue in medio mundi semper quiescat vel semper moueat. 26.
Utrum totalis terra sit sperica. 27.
Utrum totalis terra sit habitabilis. 28.

¶ Incipiunt tituli questionum tertij libri.

¶ Utrũ aliqđ elementuz sit simpliciter graue ⁊ aliqđ simpliciter leue. ⁊ aliquod ĩ respectu. Questio 1.
Utrum quodlibet corpus quod est alio grauius in aere sit eodem grauius in aqua. 2.
Utrũ aliqđ elementũ sit graue in suo loco proprio. 3.
Utrum grauitas ⁊ leuitas sint forme substantiales grauiũ ⁊ leuium. 4.
Utrum ex parte grauitatis ⁊ leuitatis cõcludi possit corpora non esse composita ex indiuisibilibus. 5.
Utruz ex parte grauitatis ⁊ leuitatis concludi possit numerus quaternarius elementorũ. 6.
Utrum loca naturalia grauium ⁊ leuium sint cause suoruz motuuz. 7.
Utrũ graue vel leue moueat naturaliter sursum vel deorsuz a suo generante vel remouente prohibens. 8.
Utrum grauia ⁊ leuia moueantur actiue a grauitate ⁊ leuitate. 9.
Utrum forme ꝑm quas fiunt motus grauium ⁊ leuiũ sint naturaliter mobiles ꝑm locuz. 10.
Utrũ grauia appetãt descẽdere ꝑ lineas breuissimas. 11.
Utruz aer naturaliter moueatur in proiectione lapidis vel alterius proiecti in eo. 12.
Utrũ q̃tuor elemẽta determinẽt sibi figuras a natura. 13.

FINIS

BIBLIOTHEK IN WIEN K. K. UNIVERSITÄTS

UB WIEN
+AM411103705